APTAE
FVSA
SCOTI
OM
TO

DE [illegible]ERI
AP[illegible]RATU

B
229

Apparatus Ad Historiam Scoticam
π4, b in 4, A-T in 4
Menologium Scotorum
a-b in 4, A-E in 4
Scotorum Scriptorum
a in 4, A-C in 4, D in 2

3 works in one



Note of ownership and purchase price

J: Fras
Lutetiæ Paris
20. Sept^{bris}
1674

E360/E20/2

£

Sat amico te mihi felix.

sh
payd for this 5 – 0 36

Edinburgh Univ. Lib. has the same three works brought together, RG 4 24 1/2/3.
The same holds good for the B.L. 1726 1/2/3

D.N.B. has a most interesting description of Dempster's career.

Barberini shield on 2nd titlepage.

D.N.B. notes the inclusion of Bondevica (Bondicea) in the list of [Dempster's] Scottish authors

J. ~~19~~ 10. 33.

APPARATVS
Ad Hiſtoriam Scoticam
LIB. II.
ACCESSERVNT

MARTYROLOGIVM SCOTICVM
Sanctorum DCLXXIX.

SCRIPTORVM SCOTORVM MDCIII.
Nomenclatura.

AVCTORE THOMA DEMPSTERO
Barone de Muresk IC Scoto Eminente profeſſore.

Opus e peregrinis omnium gentium Hiſtorijs collectum, omnia orbis regna pio ſtudio luſtrantur, religioſæ S.R.E. familiæ nobilitantur, Hiſtoria patria augetur, ſectarij admonentur, catholica veritas contra hoſtes Dei & Scotiæ firmatur.

IVSTI ET PARATI OPERIS PRÆNVNTIA.



BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini. M.DC.XXII.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISS. PRINCIPI

D. ANTONIO S. R. E. CARDINALI CAIETANO

BONONIÆ LEGATO.

THOMAS DEMPSTERVS. S.

NOSTRATIS Hiſtoriæ ſupplementum habes, Princeps Illuſtriſs. id quidem ab domeſticis ſcriptoribus ignoratum, ſed ex peregrinis auide & peruicaci ſtudio conquiſitum, decebat enim, vt qui ex XLII ætatis meæ annis XXXII. extra patriam cum alijs gentibus diuerſatus eſſem, cum ijſdem patriæ meæ laudes communicarem, exterorum Scotiæ verius, quam domeſticorum collector ornamentorum: quæ in ſe ſane eximia & magna, illuſtriora longe erũt, ſi quod ego auguror, & ſingularis in omnes humanitas, ſed multo elatior in literatos dignatio perſuadet, grato animo, fauentique manu acceperis, nec indignum, nec alienum à tanta tua amplitudine munus; nam vt vetera familiæ *Sirmonetæ* decora non attingam, & vt ſacrę in terris Hierarchiæ apices, & his proximos, Vaticanę purpuræ lumina pręcipua, Maiores tuos ſileam, & cum his ſæcularis cinguli laude ditiſſimos non commemorem, propiora ſunt incitamenta, & in gentem noſtram merita. *Nicolaus* Angliæ Protector, incredibilia amoris, charitatis, & obſeruantiæ ſymbola Regibus noſtris laborantibus exhibuit, veræ virtutis ſolidus poſſeſſor,

qui periclitantibus adeſſe potius, quam florentibus eligebat? *Henricus* quo maiorem aut meliorem purpura ea nõ habebat, cum Scotiæ protector chriſtianæ Reipublicæ bono, pacem illam Europæ deſideratiſſimam inter chriſtianiſſimos & catholicos reges componeret, Lutetię cohortẽ noſtram prætoriam; quæ regi ſemper fida adhæret, multum adiuuit, & veteri eo in regno ſplendori, rebus pœne collapſis, reſtituit. Romam deinde redux à S. D. N. adoleſcentibus patria, religionis ergo, pulſis magna ſubſidia impetrauit, me quoq; cum alijs in Romano Seminario, vt vocant, reuera lectiſſimo virtutis & nobilitatis theatro, collocatum voluit, vt iam ab vndecimo ætatis meæ anno in Caietanorũ Principum tutela eſſe cæperim. *Bonifacius* ſupra principem virum doctus, magnis & illuſtribus in Eccleſiam Dei factis æternũ viuax, præcipua cauſa ante ſexcennium extitit, cur in Italia ſubſtiterim, tanto me patrocinij affectu dignatus, vt & opera illa ſua immortalia mecum in ſchedis communicaret, edita donaret, literas ad me frequentes daret, cuius mors acerba omnibus tota Europa literatis & pijs hominibus viſa eſt, mihi vero maxime funebris, qui tantum præſidium, turbantibus omnia famæque inſidiantibus neſcio quibus agyrtis, iampridem amiſi. Poſceret ratio, vt de Illuſtriſ. V. D. pari tenore diſſererem, niſi ſcirem præſenti & tam modeſto principi virtutum ſuarum commemorationem grauem futuram; quas ipſa nouo exemplo attenuari potius amat, & loquatur ſane, me ſilente, Germania Imperij domus, quæ ad Auguſtum Pontificis mandata deferentem coluit, & æquanimitatem admirata, nec virtutem Eccleſiaſticam vllam, nec ſæcularem prudentiam deſiderauit. Dicat Hiſpania Imperatorum altrix, quid ſenſerit, cum pari titulo regem Catholicum conuenires? Sed omnia iſta S. D. N. *Gregorij XV.* iudicium ſuperat, & longis poſt ſe paraſangis relinquit, qui in ſupremum Eccleſiaſticę

di-

dignitatis cœtum adoptare non contentus,niſi etiam Bononię Legatum deſtinaſſet,quo maiorem locum ordo ille vix capit, quo deceſſere pridem *Barberini,Capponij*,& *Sabelli*, quæ Eccleſiæ lumina,nobilitatis nomina,pietatis deſtinæ, literarum ornamēta? Hic quod agis notius eſt orbi,charius ciuibus, fauore procerum conſpectius,quam vt dici debeat.nam licet in difficillima tempora,arctiſſimæque annonæ anguſtias inciderit, nulla tamen murmura,nullæ querelæ,quod obtinuiſſe, magni profecto iudicij,& raræ eſt probitatis. Nec vero familia à principis ſui moribus diſſentit. ſed me contineo,& Illuſtriſs. V.D. religioſæ hæc Scotiæ meæ decora,clientelæ votum conſigno, nihil amplius optans, niſi vt hic Scotiæ clypeus inuidiæ obiectus,illum phidiam ferat. Vale Princeps maxime & literatiſſime. Bononia ix.Kal.Quintil. CIↃIↃCXXII.



PRAEFATIO.

QVAM ineluctabile Scotiæ meæ malum aliquot ætatum retro actarum iniuria attulerit, hinc diſces, mi lector, & quam ardua ſcriptionis huius difficultas, à ſtudiorum meorũ ratione, & loco metire. Ante CCC. aut præter propter annos, Eduardus I. arbiter inter diſceptantes Bruſium, & Baliolum electus, dum cauſæ æquitatem diſcutit, barbarico plane & impio facto, omnia regni noſtri monimenta conſumpſit. patrum memoria Knoxius inferni ſatrapa, vt pietatis inſtrumenta aboleret, nõ modo diuino cultui peſtem crearet, quicquid toto regno in bibliothecis rei librariæ fuerat, qua numeroſiorẽ aut auguſtiorem Europa non habebat, parricidiali flammæ addixit: cladis tantæ exortes nonnulli codices fuere, in his Scotichronicon ſæpe hic laudatum, ſiue Polichronicon, Sconanus, & Paſlatenſis Monachi, ille Auguſtianus, hic Cluniacenſis: ſed & illi ſecundam calamitatem perpeſſi, à priuatis hominibus adeo ſolerter aſſeruantur, vt non tam ſtygium fontem Draco cuſtodiat. Paulo ante illam Religionis haloſin Henricus Sinclarus Decanus Glaſcuenſis & Epiſcopus Roſſenſis cum ingentem materiem ſcribendæ patriæ hiſtoriæ conquiſiiſſet, calculi dolore correptus, Lutetiam aduolauit, ibiq; exſectus interiit ipſis Kalendis Ianuarij M CCCCLXVI. Inde in Scotiam rediit Ioannes Sinclarus eiuſdem frater, & Decanus de Reſtalrig, qui à germano ſuo exorſam & digeri cœptam rerum ſeriem componere ſerio aggreſſus, eodem anno febre acuta ſublatus, præmeditatam Hiſtoriam tumulo ſecum intulit. Noſtra vero ætate Simon Symſonus Doctor Sorbonicus Hiſtoriam Iacoborum voluminibus ſex complexus, magna fide, diligentia & ornatu patriæ ſuæ gloriam immortalitati conſecrarat, ſed opus ab inuidis, eo defuncto, ſuppreſſum, quod nimium accurate res noſtras, pro Gallis, cõtra Anglos geſtas, deſcripſiſſet. Gilbertus Brunus Dulcicordij Ciſtertienſis Abbas, maiori cura quam elegantia, XXX. annis totis incubuerat, vt Eccleſiaſtica Sco-

tia

niæ decora ab interitu vindicaret, ſed captus in Scotia à Sathanæ miniſtris, magnam ſcriptionum ſuarum iacturam tulit, quam tamen poſtea Lutetiæ exul, opera Excellẽtiſs. Comitis Duglaſsij ob fidem proſcripti reparaſſe videbatur, ſed edere, interuentu mortis, non potuit, & tunc quidem ipſa Scotiæ dignitas mihi mori viſa. Sparſa tanti operis fragmenta Richardus Brunus *eius ex fratre nepos collegit, vano euẽtu, nam & ipſe in re tenui, & mediocri literatura, nihil eſt auſus moliri. Aduerſaria ea omnia, collectiones, analecta, eclogæ, ſeu quocunque alio nõmine appellare liceat, in Collegio noſtro Duaceno, incredibili ſupinitate perierunt, ab ignaris, accedendo igni, ãut piperi inuoluendo, proh literarum opprobrium: deſtinata, præter reliquias paucu-las, quæ in manus meas venerunt, quas fatalis ruinæ exortes* Alexander Pendrichus *noſtri Lutetiæ Collegij Rector nobiliſsimo* Dauidi Camerario *Sacerdoti catholico dederat, ille mihi. Ante pauculos annos* Petrus Gryneus *ſocietatis Ieſu vir ſummæ eruditionis ac integritatis, laborioſo ſtudio uiros apud nos ſanctos & doctos collegerat, ſed Societate Praga, turbantibus Hæreticis, diſcedente, opera relicta, in pietatis & Scotici nominis diſpendium, penitus deperdita. Anno ſuperiori* Patricius Anderſonus *ex eadem ſocietate, huius ſæculi ornamentum, qui Theologicis, philoſophicis, ac linguarũm exactæ cognitioni Mathematicarum ſcientias ad ſtuporem vſque coniunxit, in* Scotiam *ire iuſſus, multorum annorum ſtudia ſecum exportarat, Martyrologium Scotorum ſanctorum, ſed ab* Irlando *quodam proditus, in carcerem coniectus ſcriptisq; illis ſuis vita ipſa charioribus ſpoliatus, poſt ludibria & fidicularum minas vix tandem liber euaſit. Atque hoc nonum Scoticarum Antiquitatum naufragium, ſine vllo forſan exemplo funeſtum. Et audio Hæreticos quoſdam domi glorioſam noſtratis Eccleſiæ faciem ſcriptis breui edẽdis deformare, quo magis viris pijs ad laborandum eſt, vt rebus noſtris ſuus decor tandẽ reddatur, nam* inimicũ Scotia niſi hęreticum aut imperitũ nõ habet.

Et hæc ipſa quæ molior, quantæ inuidiæ expoſita, quot turbinibus impetita? Hinc conijce, lector, quod eo ſolo nomine Hirlandi *ſextum*

iam

iam libellũ famoſum in Scotiam, in me, publicauerint, quod ſanctos & eruditos Scotiæ ciues nudæ Nomenclaturæ commiſerim, nullo quidẽ verbo de vlla alia natione ibi habito, & ſi nominari eſſent digni, eorũ ego hic nomina non ſilerem, vt omittã minas vitæ meæ palam intentatas, & creberrimos amicorum in literis terrores, famæ graue diſpendiũ, dum hic etiam Bononiæ circũforanei mẽdici, oſtiatim ſtipẽ petentes, ſacerdotij honorẽ proſtituentes, formatarũ enormẽ faſcẽ obtrudentes, parentibus meis, nomini, familiæ, non modo ipſi mihi, nouo ſceleſtitatis exẽplo, quotidie detrahunt, ut opus fuerit principis decreto portis & ciuitatis aditu agyrtas illos ſoliuagos prohibere. Et quia parum erat vulgaribus maledictis impetere me, vni ſuo libello famoſo paſſim ſacræ ſcripturæ verba inſeruerunt, & primæ paginæ præfixerũt, vt etiã Theologice maledicerent, contra S. Concilij Trident. ſeſſ. 4. v. ad finem præſcriptũ. ſed omnia hæc ego leuia duco præ dulciſsimæ patriæ meæ iniurijs, & ad ipſius honorẽ promouendum, grauiora perpeti vellem, imo vitã ipſam proijcere; Deniq; niſi illos homines pœniteat, ego ipſe Irlandus ſim. *Si ad ſaniorem mentem illi redire, ſi doctorũ arbitrio ſua ſubmittere, ſi conuitijs, ad quæ primi confugerunt, abſtinere vellent, Scotiæ ciues ſuos, mihi famam impie eleuatam redderent, palinodiam canerent, me quoq; Chriſtiani hominis partibus fungentem, ſibi ſuoque honori paratum præconem inuenirent, ac niſi ita ſit, et ſi quippiam acerbi in Irlandos animi, niſi ad patriæ meæ tutelam propriumque decus conſeruandum, adhuc ſuperſit, iterum clare repeto,* ipſe ego Hirlandus ſim. *Hoc igitur in Italia Europæ ocello, & coram ſanctiſsimo Chriſti Vicario, ſacro Cardinalium Collegio elate profiteor, nullas me diſsidij aut iurgiorum cum Hirlandis cauſas habere, niſi vt impias in gentem meam ab ijs contumelias ſcripto petulanti iam ſextum emiſſas, amoliar, & proprio veliter honori, condãt illi illiteratum plebeium & ſcurriliter dicacem ſtylum, me rebus ſuis fauentem, & ſi occaſio ferat, etiam* ſanctorum *ſuorum encomiaſten ſortientur.*

EVLO-

EVLOGIA V.V. CL. CL. & Amicorum.

In iuriſperitiſſimi Viri Domini Thomæ Dempſteri Scotica.

SCOTIA quos genuit, longos fœcunda per annos
Virtute inſignes, & pietate viros;
Hos breuibus, doctisq; tuis, Dempſtere camænis
Doctorum vt viuant, mittis in ore virum.
Quam decuit calamum clarum ſcripſiſſe decora
Clara; putas magnis magna dediſſe Deum?
Quot calamo formas Thoma pietatis amantes,
Quotq; refers claros Palladis arte viros.
Doctiloque totus tot percipit orbis ab ore
Quæq; pius duxit ſtemmata clara ſtilus?
Iam pia ſupplicibus veneratur numina Votis
Palladiaſque ſtupet cernere mentis opes.
Quem pietate virum; quem te ortum Pallade dicet?
Quem Sophia effictum; quem pietate videt.

Emanuel Rodericus Nauarrus Luſitanus pridem Conimbricæ, nunc Bononiæ Iuris Ciuilis primarius anteceſſor.

Thomæ Dempſtero Baroni Scoto, ſuæq; Scotiæ vindici æquiſsimo.

Qui ſolus mortalium Antiquitatis ferã, per Barbarorũ ſpelça, &
Senticeta, iuuenili pede fugientem, & latitantem
viuam, nec laceram
venatorio cępit ingenio.
In cuius ſcriptis viuens Roma ſeipſam defunctam reuiſit
Et balſamo eruditionis immortalem quaſi effectam
Adorauit.
Quique propterea præteritorum temporum ſol præſens
Futuros etiam oculos perſtrinxit.
Oratori perpetuo exoranti.
Carminum incomparabilium, ſi ſpectes lucem, qua nitent
Si velocitatem, qua dictantur
Phœbeo Dictatori.
Philoſopho magis admirabili, quam admiranti.
Iuriſconſulto iuſtiſſimè philoſophanti
Theologo profundiſſimæ pietatis.
Literarum omnium aſylo, & miraculo.

Claudius Achillinus Bononienſis, & apud Ferrarienſis
Primarius Iuris Ciuilis profeſſor,
Domino, & amico ſinceriſſimo
Poſuit.

A

A TOMASO DEMPSTERO

Barone di MuresK Dottore famoſiſsimo,

Et nello Studio di Bologna delle humane lettere profeſſore eminentiſſimo.

DEMPSTERO mentre al Mondo hoggi deſcriui
Con le parole tue del vero amiche,
Ciò ch'inuolaro à noi l'ombre nemiche
Per cui ſon tanti Heroi di fama priui.
Tolte al Tempo à l'oblio ſaggio rauiui
Le leggi, i riti, e le battaglie antiche
Le Vittorie, i Trionfi, e le fatiche
Di mille Heroi, di mille ſpirti diui.
E quaſi in bel Teatro, ecco dimoſtri
Di SCOZIA gli alti geſti, e gli conſacri
A l'Immortalità con vera Hiſtoria.
Cedan pur dunque gli Archi, e i ſimolacri
Onde già Roma ornò l'altrui memoria
A così puri, e immacolati Inchioſtri.

Co.Ridolfo Campeggi.

EIDEM.

SCotia dum toto late diffunditur orbe,
Et calamo DEMPSTERE tuo celeberrima floret,
Quis putet à toto diuiſos orbe Britannos?

Philippus Coſpius Patricius Bonon. Iur. Ciuil profeſſ.

Eidem.

NON inuenta Alijs reperis, incognita promis.
DEMPSTERI, & mancis conſulis Hiſtorijs.
Edidit Auſoniæ Gentis memoranda Roſinus,
Plura ſed haud vidit, vel malè præterijt.
Tù quem nulla latent παραλειπομέν' ipſa reponis,
Nec minimùm ſcitu digna perire ſinis.
In Gloßas multi ſcripſerunt multa, ſed illas
Explicuere parùm, depoliere nihil.
Tù qui par vnus multis in viroſque κέραυνον,
Atque ὄβελον ſapiens vi ingenioque iacis.
Geſta typis Scotus mandauit Scotica Maior,
Maior at expletum non bene cudit opus.
Tu cui læta fauet Clio, celer adijcis APPA-
RATVM Quò Patriæ pandis omiſſa tuæ.
Imperfecta agite ergo hoc Perfectore triumphum,
SCOTVS in orbe orbi diſsitus orbe nitet.

Io. Dominicus Lapius Academiæ Rector.

Eidem.

DISSITVS e patrijs cum ſis Dempſtere tenebris,
Te Patriæ lucem reddere cogit amor.
Quin procul à Patria viuis bene cognitus Hoſpes,
Non procul à calamo viueret illa tuo.

Andræas Marianus Philoſoph. profeſſor.

Eidem:

Eidem.

SCOTICA quis leget hæc? Dempſteri; Scotica nobis
Quid proſunt? Scotis ſcoticus ede tuis
Liuida turba fremit, Genuinum frangere in illis
Tentans, & franget næ, ſcio, tu ſolidus.
Sic neque Sauromatas, neque ſic Garamantas, & Indos
Fas foret Eos ſcire, vel Occiduos.
Quid? non res geſtas regumque Ducumque recenſes
Tu ſolum, aut Martis triſtia bella refers.
Sed mores ſimul, hinc iras, faſtumque doloſque,
Et quoduis mota ſeditione nefas.
Illinc Virtutes, ſophiam, iuſtumque, fidemque,
Doctior vt fiat, qui legit, & melior.
Hancce viam ingreſſus; Dempſteri, perge libenter
Graſſari; atque tibi plaude, iuuaque alios.
Illa cicadæ inſtar ſtrepitu ſe prodit inani,
Ceuque ſorex proprio deperit indicio.

Marchio Henricus Roſſius Mantuanus.

Eidem.

ET claros pietate viros, & Pallade libro
Colligis, & famæ fers monumenta noua.
I liber i felix, ingratæ flumina Lethes
Effugies, ferrum falciferique ſenis.

Comes Franciſcus Pepulus Bonon.

Eidem.

Eidem.

GRANDE decus, nomenque Thomæ, præconia Diuis
Qui tribuens patrijs ſe pietate probat.
Ipſe Caledoniam verbis illuſtribus ornat:
Quæ vehit ad cælum monſtrat & ipſe viam.
Albion in ſcopulis hæres? ſpectare memento
Hanc Helicen: portum tangere ſic liceat.
Tu verò gaude, Diuos qui tollis in aſtra,
Dempſtere, en Diuum vita parata tibi.
Te manet in terris laus ingens, gloria cælo:
Nobilis eloquio es, nobilis atque fide.

Iulius Camillus Caballinus Carpenſis.

Eidem.

CVM dederat Deus ipſe tibi Dempſtere, ſuperbos
Magna Caledoniæ nomina, gentis auos;
Natura ingenium adiecit, famulaſque Camœnas,
Et famulas Famæ iuſſerat eſſe rotas:
Ipſe tuo fari exoptat Caducifer ore,
Ipſe tuo calamo ſcribere phœbus amat.
Vna, tuis titulis ſe opponit vilis, Ierne
Cui venit ex odio fama petita tuo,
Parce, etiam inuidia, tam infamem attollere gentem;
Cum inuidia poſsis, quicquid amore alij.

Georgius Camerarius Scotus colendiſsimo
populari egregio patriæ vindici.

In iſtis quicquid erit dictum, citra pietatis præiudicium, & ſecundum veterum eloquentiam, non mores, accipiatur.

D.Homob.Pœnit.pro Illuſtriſs. & Reuereudiſs. Card.Archi-
epiſc.Bonon.

Imprimatur

Fr. Gottardus Caſtoldus pro Reuerendiſs.P.Inquiſit. Bonon.

APPARATVS

LIBER I.

DE RELIGIONE.

VETERVM ERROR GRAVIS, ET INSCITIA.

Scotiæ nomen quàm antiquum in Albione, & vnde? fabuloſa de Vlyſſis aduentu, & ara ibi.

DEVCALEDONII, & CALEDONII prius dicti. Cap. I.

IMPERIVM *SCOTORVM* in ALBIONE CCCL. & amplius annis ante aduentum in carnem humani generis aſſertoris, quod continua Regum ſucceſſio, & concors hiſtoricorum fides probat, nomen tamen multis poſtea ſæculis Scriptoribus peregrinis ignotum, vt inde *Anglos* malignè res noſtras attingentes ſecuti recentiorum, ſubleſta fide nonnulli *Scotorum* nomen, & Regnum in Britannia natum velint ſub Theodoſio Seniore octingentis paulominus annis latè lapſi, quod & nos hic probare molimur. Cauſa erroris tam ſupini non vnà, vel quia nullum ea ætate cum noſtratibus commercium, quod vt Baronius Supplemento Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Tomo IV. *Scotiam Romani ſuperare non potuerunt*; vel quia populos ſibi non ſubditos parum attingebant Romani, aut memoria ſua dignos exiſtimabant, aut ſanè quia gentes longinquæ ſæpè Scriptores illos fugiebant, nec vlla certa de ijs relatio haberi poterat, cum quibus nulla armorum, aut mercium neceſſitudo interceſſiſſet, quod de Britannis noſtris veriſſimè dicitur, ſiquidem extra mundi metas quaſi gens ea fuiſſet, de vltima extimaque Galliarum ora Virgilius dicebat Lib. VIII. Æneid. ad finem.

Extremiq; hominum Morini.

Sunt verò illi Geſſoriaci, aut portus Ictij accolæ, hoc eſt *Bononienſes*, & *Caletenſes*, quod ad noſtrates attinet pueriliter, & pudende deliquerunt illi, Vetus Scholiaſtes Iuuenalis ad Satyr. XIV. v. CXCVI. *Caſtella Brigantum. Galli ſunt*, inquit, at *Brigantes*, & Ptolomæi authoritas, & noſtratium conſenſus Hiſtoricorum *Gallouidianos*, ſeu *Galvveios* eſſe conuincit, & ſanè vetus ille ſcriptor facilè vicinia dictionum *Galli*, & *Galvvei* decipi potuit: Ioann. Leslæus lib. II. hiſtor. Scot. pag. LXXXVI. *Nothatum* V. *Scotorum* Regem à *Brigantiæ Principe* interfectum cum omnibus alijs loquitur. Sed & idem Scholiaſtes ad Satyr. XV. v. CXIV. cum Satyricus *Scotorum* laudaſſet ad bonas artes capeſſendas propenſionem.

De conducendo loquitur iam Rhetore Thule.

Thule, inquit, *Ciuitas in Oceano*. At non ciuitatem verum inſulam eſſe Geographorum conſenſus eſt Græcorum iuxta, ac Latinorum. Seruius Maurus Honoratus ad lib. I. Georg. pag. LXII. *Thule inſula eſt Oceani inter Septentrionalem, & Occidentalem plagam iuxta Orchades, & Hiberniam. In hac Tile cum Sol in Cancro eſt, Dies continuus ſine noctibus eſſe dicitur, propterea miracula de hac feruntur Inſula, ſicut apud Græcos Cteſias, & Diogenes, apud Latinos Sammonicus dicit.* Celebratiſſimam hanc mundi partem, & *Scoticæ* ditionis tractum extulerat Cteſias Perſicorum ſcriptor, & Q. Serenus Sammonicus Medicus Romanus, ſed opera ea interciderunt, Diogenis verò Antonij de Mirabilibus, & Incredibilibus illius loci opus extat apud Photium in Bibliotheca, Arnobius latè lib. VI. S. Syneſius Epiſtol. CXLVIII. Freculphus Lexouienſis lib. I. Chronicorũ, pag. LXXXIII. Eam hodie *Islandiam* dici Gerardus Mercator falſo putat, cum nec latitudo Ptolomæi conueniat, nec Procopij Cæſarienſis deſcriptio *Thules* vlla ratione *Islandiæ* quadret, vide lib. II. Belli Gothici. Nec felicius *Tilemarchiam* credidit dici Abrahamus Ortelius, cum *Thule* inter Orchades Scoticas ſemper à veteribus, & recentioribus habita ſit, ab Eueno II. Rege XIV. cum alijs debellata. *Tilemarka* ad Noruegiam ſpectet. Hiſtorici noſtrates concordes. Claudian. de IV. Honorij Conſulatu, ſed corruptè *Pictonum* pro *Pictorum*.

Quid rigor æternus cæli? quid frigora proſunt?
Ignotumq́ fretum? caluerunt Saxone fuſo
Orcades, incaluit Pictorum ſanguine Thule.

Scoticæ ditionis *Thulem* fuiſſe eo ſæculo conuincunt iſta: multis diſcuſſi ad illud eiuſdem Poetæ lib. II. in Ruffinum.

—— *Hyperboreo damnatam ſidere Thulen.*

Termi-

Terminus hic erat orbis cogniti. Seneca vulgato loco.

Nec ſit terris vltima Thule.

Ideo nec Romanis priſcis tentata. CL. Claudian. de Bello Getico.

——— à Gadibus vſque Britannum
Terruit Oceanum, & noſtro procul orbe remotam
Inſolitam belli tremefecit murmure Thulen,

Et creditum vulgò tractum illum Oceani non fuiſſe nauigabilem. Idem de III. Honor. Conſul.

——— ratibuſque imperuia Thule.

Nec verò miremur hominem peregrinum labi potuiſſe, rerum noſtrarum fama creſcente deceptum, illud vero quis ferat in homine Anglo Henrico Huntintonienſe, qui mira ſupinitate contra Geographos veteres, & recentes IX. tantum Orcades numerante? cum ſint XXXIII. Lege illum, & ride lib. I. Hiſtoriar. in limine, ſaltem ſciuiſſet Melam lib. III. conſtituiſſe XXX. Oroſius lib. VII. cap. VI. falſo adiectas Romano Imperio ſcribit à Claudio. Nec verò minus fabuloſa ſunt quæ de Gygantibus indigenis Britannicis delirãt Scriptores Angli, neſcio quod Dianę oraculum aſſerentes Bruto Troiano datũ Florent. Vvigornienſis, & alij.

Inſula in Oceano eſt habitata Gygantibus olim
Nunc deſerta quidem.

Ridicula, inquam, ſunt hæc, probaui multis in Mythologia mea cap. XI. videantur viri docti ad C. Suetonij Auguſtum cap. LXXII. Suidas in Μῆνας. Seruius Maurus ad lib. I. Georg. pag. XCIV. Hectorem Boethium non probo comminiſcentem neſcio quem *Ioannem Paruum* ſtatura Gygantęa quem adi Deſcript. Scotiæ pag. IX.

Ac primum nomen inditum genti volunt quod σκότος *tenebræ* ſit, & tenebricoſi ſint ac breuiſſimi dies brumales, trium ſcilicet tantùm horarum vt Æneas Siluius poſt Coſmographos obſeruauit Deſcript. Europæ cap. XLVIII. Iuuenalis Satyr. II. v. CLXI. Sed cur non alij eodem nomine dicti, quibus dies etiam breuiores? aut cur non *Photi* à luce, & longitudine dierum æſtiualium, vt *Scoti* à tenebris Hibernalium vocabuntur? vt omittam, non *Scotos* ſic, ſed *Scotinos* debuiſſe deriuari.

Alij *Scotos* à confuſione, ſeu alluuie populorum in vnum coeuntium deducunt, ſed eam vocem *confuſionem* denotare vix facilè perſuadeo, nec ipſi docent.

Nec deſunt qui *Scotiam* à *Scotorum gentibus* forment; In his S. Iſidorus Hiſpalenſis lib. XIV. Etymologiar. cap. VI. Et cur non *Scoti* à *Scotia*?

verius quam *Scotia* à *Scotis?* & dicendum foret, vnde hæc appellatio *Scotorum à gentibus?* aut quæ illæ? Eſt & nonnullorum Sententia à Scythis originem, & appellationem traxiſſe *Scotos.* Thomas Vvalſingham in Hypodig. Neuſtriæ pag. CCCCLII. *A Regione quadam quæ dicitur Sicia, dictus Scita, Sciticus, Scotus, Scoticus, Scotia: Similiter à regione quadam quæ dicitur Getia, dicitur Geta, Geticus, Goticus, Gotus, Oſtrogotus, Viſigotus.* Hic merito à me ridetur quod frigidiſſimi cerebri monachus mendaciorum plauſtra ſupina, & non ferenda ignorantia onerat.

Nonnulli cenſuere *Scotum* fuiſſe quẽdam in aula *Frothonis* Regis Daniæ III. qui eidem Regi longè chariſſimus filiam ipſius *Vluildam* in vxorem duxerit, & *Scotici* nominis autor extiterit. Saxo Grammaticus lib. I. hiſtoriar. Danic. pag. XXII. Sed hoc ille figmento genti ſuæ nobilitatem adſtruit, nos nihil certi docet, qui *Scotum* illum in rerum noſtrarum relatione non offendimus.

Denique *Scotam* aiunt *Pharaonis* Aegyptij Gregis F. paternæ cladis exortem, cum marito *Gathelo* ſoluiſſe, ac primo in Luſitaniam, tunc in hiberniam, poſtremo in Albionem deſcendiſſe, ac Luſitaniæ mariti nomẽ, quaſi *Gatheli portum*, Albionis quam occupauerat parti, ſuum indidiſſe H. Boeth. & alij quos in tanta vetuſtatis obſcuritate, vel inuitus ſequor. fuit & *Scota* quædam filia *Creontis* cuius ex Herodoto meminit Albertus Draghius Carmelita Brixienſis Excurſu IV. Conuiuali pag. CCVII.

Nominis huius mentionem apud peregrinos ſcriptores negant autores deprẹhendi ante tempora Theodoſij Hiſpani, & tunc quidem ſummo de ijs meminerunt præconio Aurelius Prudentius, Panegyricorum autores, Mamertinus ad Maximianum, Latinus Pacatus Drepanius ad Theodoſium, incertus ad Conſtantinum, Claudianus, & his paulo antiquior Q. Symmachus, & Ammianus Marcellinus: Sed ego idoneis teſtibus remotiores famæ terminos aſſignabo. Primum locus eſt Flori vetuſtiſſimi Poetæ, alterius tamen à Floro Poeta Chriſtiano apud Ael. Spartian. in Adriano

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Quod epigramma corruptiſſimum, nam nec Adriano Cæſari quicquam fuit vnquam cum *Scythis*, nec bene coniungi videntur *Britanni*, & *Scythiæ* pruinæ. Legendum ergo, fruſtra enim ſecundum verſum vexat Iſaacus Caſaubonus.

Ambu-

Ambulare per Britannos
Scoticas pati pruinas.

Manet etiam hodie prouerbium vſitatiſſimum noſtratibus *Pruinas Scoticas madefacere Anglorum cutem*, crebræ enim vliginoſis locis, lacubus, & fluuijs, ipſoque mari, à quo nulla domus toto regno LX. milliaribus abeſt, exhalationes eductæ pruinas faciunt Grecè Ψέκαδας dicunt, quaſi *minutas pluuias* dicas, ex Artemidoro, & Iuuenalis Scholiaſte veteri ad Satyram VI. v. CCCCXC. alibi adnotabam. Claudian. de IV. Honor. Conſul.

—— *Caledonijs poſuit qui caſtra pruinis.*

Pruinoſum hoc Scotiæ cælum eleganti ioco quidam Italus notauit apud Ioann. Michaelem Brutum, is enim poſt multa à pluuijs in Scotia damna, & faſtidia ad ſuos reuerſus ita ad amicum reſcripſit. *Quæſo ſi iſtic apud vos ſolem videris, ſaluta eum meo nomine.* Nec tamen hæc diuinatio eſt, ſed liber meus MS. probiſſimæ notæ correctionem diſertè adſtruit.

Obſeruatum eſt etiam à viris doctiſſimis Flauium Ioſephum in belli Iudaici narratione *Scotorum* meminiſſe, nam qui ei ſunt in codice græco *Britanni* lib. II. cap. XVI. in Oratione Agrippæ in codice hebraico dicuntur diſertè *Scoti*, locus hebraicus non eſt ad manum, ſed tu vide ſi tanti putabis in bibliotheca Chriſtianiſs. Regis. Hegeſippus qui Anno CLX. vixit Euſebio teſte lib. IV. hiſt. Eccleſiaſt. cap. XXI. in Excid. Vrb. Hieroſolymit. lib. V. cap. XV. *Quid vobis cum Victoribus vniuerſæ terræ? quibus ſecreta Oceani, & extrema Indiæ apparent?* legendum, *parent? Quid attexam Britannias interfuſo mari à toto orbe diuiſas, & à Romanis in orbem terrarum redactas, tremit hos Scotia quæ terris nihil debet, tremit Saxonia inacceßa paludibus*, & res ipſa autori fidem conciliat. Vſque adeo enim celebre fuit *Scotorum* ſub æuum iſtud Veſpaſiani, nomen, vt Vvernerus Roleuinchus Laerius Vveſtphalus in faſciculo temporum pag. XXVII. dicat *Scotica gens oritur ex Pictis, & Hiberis in Albania.* Quod actum contendit Anno ſalut. LXVI. Et ſi ſanè verum non ſit *Scotos* ex *Pictis*, & *Hiberis* quos *Hibernos* vocare debuiſſet, ortos, Eſt tamen veriſſimum in Albione *Scotos Pictoſq́;* fœdus contra *Britones* vicinos pepigiſſe quod multis poſtea ſæculis firmum manſerit vt Annales noſtri teſtantur.

Non probo ac nec improbo conatum Ioſephi Scaligeri in verſu Lucij Senecæ in Apocolocynthoſi tentando,

Et cæruleos Scoto-Brigantas,

In

In vulgatis editionibus erat,

Et cæruleos ſcuta Brigantas.

Mihi videretur legendum.

Et cæruleos cute Brigantas.

Hanc regionem græca antiquitas fabuloſè, ſed ſub Calidoniæ nomine extulit, quando eò Vlyſſem delatum ex Tyrrhenico ſcilicet mari in Oceanum, finxit, aramque Diti inſcriptam in media ſylua reliquit. Et Oceanum quidem illum ingreſſum Plinius, Strabo, Solinus, vt alios taceã prodiderunt, & Tacitus lib. de Moribus Germanor. in limine. Domitius Calderinus in Papinij Statij lib. I. Silua III. Seruius Maurus honoratus ad illud Virgilij lib. VI. Aeneid.

—— —— *tenebroſa palus Acheronte refuſo.*

Fingitur in extrema parte Oceani Vlyſſes fuiſſe. Extrema pars Oceani eo ſæculo cognita fuit Scoticus ſinus, ſiue *Deucalidonius*, vt minus ſit mirũ veterem Iuuenalis Scholiaſten ad Satyr. XV. v. CXIV. *Thulem ciuitatem* vocaſſe. Iacobus Spiegelius ad lib. I. Auſtriados de Bello Norico Richardi Bartholini Peruſini.

Eſt locus ad Rheni ripas atque vltima mundi
Littora, ad Oceanum Magnum, qua Graius Vlyſſes
Tartareum Ditem, atque animas mouiſſe ſilentes
Dicitur, & nigros traxiſſe ad ſidera manes
Denſum, ingenſq; nemus, valleſq; feruntur opacæ
Accipere has vmbras, pallenſq; vbi carmina Bubo,
Et ſtryges infernæ, læuaq; ſub Ilice Cornix
Effundunt, lucoſq; volant ſimulachra per altos.
Hinc exaudiri fremitus, ſonteſq; figuras
Inſolitis vlulare modis, clauſtriſq; refractis
Legibus inferni ſuperas euadere ad auras
Cocyti perhibent Manes.

Ex Claudiano lib. I. in Ruffinum ex Odyſſ. λ.

Eſt locus extremum pandit qua Gallia littus
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlyſſes
Sanguine libato populum mouiſſe ſilentum,
Illinc vmbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus, ſimulachra Coloni
Pallida, defunctaſq; vident migrare figuras.

Et vt de Scotico ſinu dictum putes ſubdit idem paulopoſt.

Senſit

——— *Senſit ferale Britannia murmur.*

Spiegelius rurſus ad illud Bartholini lib.IX.

Tranſtra Caledonio exponunt in littore Belgæ,
Armaq; arenoſo pandunt naualia campo.

In hunc Caledoniæ receſſum appulſus Vlyſſes aram poſuit. Mira ſanè de Vlyſſis erroribus apud veteres diuerſitas opinionum atq; diſſenſio, probabilius eſt interfectis procis Ithacam nauigaſſe inde Oceanum ingreſſum, ac vltimo in Tyrrheniam, ſeu mare Thuſcum deſcendiſſe, ibique diem ſuum clauſiſſe, Tzetzes ad Lycophronem, Plutarchus.

Dantes Aligerius, & alij apud Iacobum Mazzouium, ſed & Epitaphium Vlyſſis non ita pridem repertum cum hac Epigraphe.

Ἐπὶ ὀδυσσέως κειμένου ἐν τυῤῥηνία
Vlyſſi defuncto in Hetruria.

Sequitur tum ipſe Cippus.

Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ, τῆδε θανόντα
Κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπερκίασεν.
Prudentem, celebremq; virum poſt aſpera fata,
Hoc gratus tumuli ceſpite calat honor.

Cum in Scotiam appuliſſe Vlyſſem, & aram erexiſſe in Caledonia ſilua pleriq. affirmaſſent, eò inſaniæ deuenit Ioannes Camers in Solini cap. XXXV. *vt purgatorium S. Patricii in Hibernia* pro eo loco quem ara erecta Laertæ Vlyſſes nobilitaſſet vſurpare non ſit veritus, confundens *Scotiam* cum *Hibernia,* & rem multis ſæculis poſteriorem anticipans.

Ante *Scotorum* nomen *Caledonii* dicebantur Καληδόνιοι. Ptolom. ſed & Δευκαληδόνιοι *Duecaledonii,* aut vt in M. S. obſeruat Ortelius Δουκαληδόνιοι *Ducaledonii* vitioſè vtrobique, ſic Poetæ Claudian. de IV. honor. Conſul.

——— *Caledonijs poſuit qui caſtra pruinis,*
Terribilis Mauro, debellatorq; Britanni
Littoris.

Et lib.II.de Laudib. Stilicon.

——— *Caledonio velata Britannia monſtro.*

Martial.lib.X.Epig.XLIV.

Quinte Caledonios Ouidi viſure Britannos,
Et viridem Tethyn, Oceanumq; patrem.

Et in Amphiteatro Epig.VII.

Nuda Caledonio ſic pectora præbuit Vrſo.

Tacitus

Tacitus in vita Agricolæ Germanici eos eſſe ſanguinis exiſtimauit. *Rutilæ Caledoniorum comæ Germanam demonſtrant originem*. Inuictos eos manſiſſe reliqua Britannia ſuperata, non hiſtorici modo noſtrates, ſed & Latini indicant ſcriptores. Valer. Flacc. lib. I. Argonaut.

——Caledonius poſtquam tua carbaſa vexit
Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos.

Qui Hiſtoriam Scotorum ab initio Regni ſcriptis mandarint in hunc diem? Cap. II.

NON ſegni olim cura, neque oſcitanter maiores noſtri res ſuas memoriæ committi ſtudebant, & tamen fœlicitatem originis noſtræ cognoſcendi fata inuiderunt, ſiue monimenta longa dies conſumpſerit, ſiue *Eduardi* Angli tyrannis, ſiue feralis *Knoxij* impietas negarint: vſque adeo multa hodie ſcitu digniſſima quaſi nunquã eueniſſent, in alta obliuionis caligine demerſa iacent, quale eſt illud quod apponam ex Ammiano Marcellino lib. XXVI. *Hoc tempore per vniuerſum orbem Romanũ, bellicum canentibus buccinis excitæ gentes ſæuiſſimæ limites ſuos perſultabant, Gallias, Rhætiaſq; ſimul Alemanni populabantur, Sarmatias* (non antea deprauatè *Sarmatas* legebatur) *Pannones & Quadi*, In alijs eſt, *Sarmatæ Pannonias & Quadi, Picti, Saxones, Scoti, & Attacotti Britannias ærumnis vexauere continuis*. Et lib. XXVII. idem. *Eo tempore Picti in duas gentes diuiſi Deucalydonias & Vecturiones, itidemq; Attacotti bellicoſa hominum natio, & Scoti per diuerſa vagantes, multa populabantur Gallicanos verò tractus Franci & Saxones violabant*. Magnam ſanè gratiam Græculo homini habendam fateor, qui, quod ex Annalium noſtrorum ſcriptoribus, haud facilè, quod, ſciam, eruas, nos docuit. Neque ſanè qui *Attacotti* iſti fuerint pronum iudico, & expeditum indicare, an ſoboles aliqua *Scotorum?* an ſocij expeditionis in idem corpus nomine proprio amiſſo, & extincto, coaluerunt? an diuerſa forte gens ab alio mundi tractu Albionem eo ſæculo irrupit, & *Scotorum* armis deleta, & Regnum, & nomen in ipſa, vt ita dixerim pueritia amiſit. Mirum ſanè in re tanti momenti ſilentium. Georg. Buchananus cenſet eos inter *Adriani, & Seueri vallum* habitaſſe. Sed non probat, & vetuſtis ad id plenius cognoſcendum opus erat monimentis, quorum ingens copia perijt, nam hiſtorias noſtras varijs ætatibus viri magni vbere eloquentia ſcribendas ſuſcepere quorum nomina cum ætatibus adamuſſim apponam.

Mar-

Marcerius Scoticorum Annalium I. indubiè ſcriptor Anno ſalut. LIII.
Eluanus Auallonius CLXXI.
Reutha Rex CLXXV.
S. Conuallanus CCCXCVI.
Faſtidius CCCCXL.
Theleſinus DXL.
S. Nennius DCCXX.
Hunibertus DCCXXX.
S. Stolbrandus DCCLXXX.
Achaius Rex DCCCVIII.
S. Glacianus DCCCXXX.
S. Glodianus DCCCLXXIII.
S. Gildas Quartus DCCCLXXV.
Cornelius Hibernicus MCLX.
S. Adam Catheneſius MCCL.
Ioannes Campusbellus MCCLX.
Anonymus ſub Alexandro III. Rege MCCLXXX.
Veremundus MXC.
Turgotus MXCVIII.
Reginaldus Cardinalis MCCXV.
Blarus MCCC.
Henricus Cæcus MCCCLXI.
Thomas Varoye MCCCXC.
Tabula Carthuſiana MCCCCL.
Paslatenſis Monachus MCCCCLII.
Sconanus Monachus MCCCCLXXXVI.
Guill. Elphinſtoun MCCCCLXXX.
Magnus Macolo MCCCCLXXX.
Scotichronicon Eodem.
Ioann. Fordanus MCCCCXC.
Alexander Millus MDII.
Thomas Otterburn MDXXXII.
Dauid Lindſay MDXL.
Ioann. Maior MDXX.
Hector Boethius MDXXVI.
Iacob. Ballantyn MDL.
Ioann. Knoxius MDL.
Henric. Sinclarus MDLXII.
Ioann. Sinclarus MDLXVI.
Ioann. Ferrerius MDXXX.
Chronicon Dumfirmelini MDLX.
Dauid Chalmer MDLXXII.
Ioann. Leslæus MDXCIV.
Georg. Buchananus MDLXXXII.
Georg Neutonus Archidiaconus.
Ioann. Ihonſtonus MDC.
Andreas Meluinus MDC. titulus *Gathelus.*
Thom. Cragius MDCVI. non puto ab hæredibus edita opera.

Plerique alij vernacula lingua res Scoticas illuſtrauere, ſed ad manus meas non peruenerunt.

Omnes iſti quum res Eccleſiaſticas vbique miſcerent, extollerent Sanctiſſimos Antiſtites impenſius laudarent religioſos, paſſim ordines efferrent religionis odio à Nouatoribus impijs, & maximè ferali illo *Knoxio* conſumpti ſunt. In recentiorum veros ſtudio tantę Antiquitatis cura reſidet, ſed & hi ab hæreſi, aut furenti ciuilium factionum æſtu abrepti in maledicentiæ ſcopulos impingunt, ita Apoſtata *Knoxius* Regis maieſtatem acriter oppugnat, & matris ipſius Reginæ ſanctiſſimis innocentiſſimisque moribus fœminæ, honori detrahit venali calamo *Buchananus*, atque vt illum plebeium furiarum incentorem, ita hunc ſatyricũ dicere quidam non dubitarunt, ſed vtriuſq; opera S.R.E. & Regni *Scotiæ* Comitiorum decreto proſcripta, quod in *Buchanano* ſanè dolendum, qui terſus, purus, eloquentiſſimus, digniſſimus poſteritatis fama videbatur

batur ſi veritati potius obſecundare, quam Principi optimæ detrahere maluiſſet. Iacobus Gretſerus in Commentario Exegetico.

Scoti à mediæ ætatis autoribus Scotigenæ dicti, & id nomen Hibernis interdum conceſſum. Cap. III.

BArbari nonnulli Scriptores media ætate Scotos vocare ſolent *Scotigenas*, vt Francos Francigenas, Anglos Angligenas eadem ſcribligo effert. Herman Contract. ad Annum DCLI. *Aidanus Scotigena Epiſcopus Anglorum.* Eckerhardus in vita Sancti Notkeri cap. VIII. *Epiſcopum Scotigenam nomine Marcum dominus miſit.* Rothgerus Benedictinus in vita S. Brunonis cap. VI. apud Laurentium Surium Tomo V. *Iſrael Epiſcopus Scotigena, ſub cuius magiſterio Illuſtriſſimus hic, de quo loquimur plurimum ſe profeciſſe teſtatus eſt.* Hartmannus Monachus S. Galli Scotus in Epigrammate.

Inde Columbanus noſter pater, atque magiſter
Alpibus excurſis, aerijsque vijs.
Hic aderit præſens, alacriſque ad gaudia tanta
Agmina coniunget conſociata ſimul.
Coniunguntur ei Celeres, greſſuſque fatigant,
Tres quoque Francorum, Scotigenæ pariter.

Petrus Damiani lib. I. Epiſt. IX. pag. XXIX. *Scotigenas pauperes ridere* dixit, ideſt peregrinos: nam *conſuetudo Scotigenarum peregrinandi pœnę in naturam verſa* erat, vt loquitur Valafridus Strabus Abbas Augienſis lib. II. vitæ S. Galli cap. XL. & pluribus infra expediendum, ſi tamen tanti eſt.

Hoc idem nomen *Hibernis* quoque datum, & vtrique populo commune, vel quia primæ noſtrorum ſedes in *Hibernia* ante appulſum in *Albionem*, vel quia eadem & communis lingua, vel denique quia crebra inter eas gentes commercia, & ſanctitatis miniſteria. Exiguo ſane tempore appellationum hęc confuſio durauit, & externis Scriptoribus ignota cum Beda & nata eſt, & extincta. Adi ad Cambrenſis fragmentum quod prodijt cum hiſtoria Richardi Stanihurſti de rebus Hibernicis. Sed multa ibi indoctiſſima, quædam ridicula, omnia falſiſſima, & quam illiteratum ſit *Scotos* cum *Hibernis* confundere iam doceo, idque eruditus lector facilè deprehendet ex ijs quę Hegeſippus, Flauius Ioſephus ſupra laudati, & Ammiani Marcellini, Prudentij, Tyronis, Proſperi loca

ſatis indicant *Scotos Britanniæ* inſulæ incolas fuiſſe nō *Hiberniæ*. Sed cum omnia illa ſint euidentiſſima quædam argumenta alia producam.

I. Autorū locis id aſtruitur quibus contradici nō poteſt Latin. Pacat. Drepan. Paneg. Theodoſ. *Redactum ad paludes ſuas Scotum*. De *Hibernis* ſanè id affirmari non poteſt, cum nullas res vnquam Theodoſius egerit cum *Hibernis* cū *Scotis* verò, & vlterioris Britanniæ populis multas egiſſe Hiſtoria Sozimi, & aliorum loquitur. Claudian. de IV. Honorij Conſul.

Ille Caledonÿs poſuit qui caſtra pruinis
Terribilis Mauro, debellatorq́ Britanni
Littoris.

In Scotia hæc ergo geſta apud eundem Poetam lib. II. de Laudibus Stiliconis *Pictica*, & *Scotica* belli ſocietas deſignatur ad vicinam Angliam Romanam prouinciam infeſtandam, vbi locus nullus *Hibernis* toto mari diſiunctis, ſic ille ſub Britanniæ perſona.

Illius effectum curis ne bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem.

Rurſus de IV. Honor. Conſul. Ingentem calamitatem à *Scotis* acceptam deſcribit, dum *Picti* Romanis aduocatis omne nomen *Scoticum Britannia* exegerunt, & in *Hiberniam* compulerunt, nec id tamen ſine graui *Pictorum* ſtrage. Sic ille:

——— *maduerunt Saxone fuſo*
Orcades, incaluit Pictorum ſanguine Thule,
Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.

Exules hos *Scotos* reduxit Ferguſius Rex II. mira ſtupiditas eſt ex hoc loco *Scotos* pro *Hibernis* ſumi, aſſerere, cum ſic ſequeretur *Pictos Thules* fuiſſe incolas, & Orcadum Saxones, quod nullus veterum ſomniauit. Senſus ergo Claudiani eſt planus, Dùm à Theodoſio Pyratas *Saxones* in Orcadibus fuſos, *Pictos* in vltima *Scotia* debellatos, *Scotos* Britannia perfugas in *Hibernia* attritos. Certè reduces *Scoti* Vallum *Hadriani* Cœſaris acerrimè expugnarunt vocatis in belli ſocietatem *Hibernis*, tantum abeſt vt *Hiberni* ſint *Scoti*. Teſtis domeſticus Gildas ſapiens in excidio Britanniæ, vbi cum res fortiter à *Scotis*, & *Pictis* ad Vallum Romanum geſtas expreſſiſſet de Hibernis, ita concludit. *Impudentes graſſatores Hiberni domum reuertuntur*. Ergo ſaltem anno DLXXX. aut circiter *Scotos* ab *Hibernis* Anglus ille, aut Brito diſtinguit, ſed quale illud eſt ex Claudiano Telum? lib. de Bello Getico.

—— *Extremis legio prætenta Britannis,*

Quæ Scoto dat fræna ſuo, ferroq́; notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.

Hic duo ſunt, *Scotos* eſſe *extremos Britannos*, & inter necina odia cum *Pictis* exercuiſſe, & vſque ad extinctum alterutrum populum dimicaſſe, quorum ſi alterutrum, multo minus vtrumque ad *Hibernos* trahi poſſet, magna certè illis fiducia creſceret, nec tam ridiculi exteris viderentur. Florus vetuſtiſſimus primo ſæculo Chriſtianus Poeta, *Adrianum* Auguſtum carpit, qui Vallo extructo *Scotorum* iniurias ab Anglis prohibuerat Verſus eſt corruptus apud Ælium Spartianum, ſed ſupra reſtitui.

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scoticas pati pruinas. Nihil de Hibernia.

II. Carolus Magnus *Scotorum* opera egregia bello Saxonico vſus ingentia ei genti præmia repoſuit. Hiſtorici Franci, & Scoti, Philipp. Belforeſt. lib. I hiſtor. Carolina. Hibernorum nullus meminit. Adeundi Suffridus Petri lib. I. Orig. Friſon. cap. XV. Albert. Crantz. lib. II. Metrop. cap. XXX.

III. Inuiolabilis illa *Scoticæ* fidei apud Gallos opinio, & ab octingentis, aut nongentis annis Regum Gallorum cuſtodia *Scotis* credita cui conuenit?

IV. Nobiliſſimæ tota Italia *Scotorum* ſparſæ familiæ, *Scotiam* generis ſui autorem, non *Hiberniam* faciunt, vt Annales publici, & acta priuata familiarum loquuntur. Sic Montisferrati Marchiones domini *Scotia*, Vadis Sabatijs, aut Sauonæ Foro Cornelij; ſeu Imolæ, & Bononiæ *Riarij*, Mantuæ *Stuarti* Bononiæ, & Senis *Mariſcotti*, Mantuæ, Veronæ, Cremonæ *Schithij*, Placentiæ, Romæ, Mediolani *Scoti*, Romæ *Paparones*, Florentiæ *Barones* dicent, ex Scotica, Britannica ſe originem ducere, nec diffitebitur Franciſcus Sãſouinus Italus, & Chronica Placentina confirmabunt, & liber MS. in Vaticano de Illuſtribus Italiæ familijs ex gente Douglaſſia ortis, ea autem non Hibernica eſt, ſed Scotica. Omitto Fanutium Campanum Chronica dominorum de Brunfort. Vgolini Verini Opuſculum eſt de Reparat. Florent. vbi lib. III.

Clara potenſq́; diu, ſed nunc eſt nulla Baronum
Extera progenies, extremiſq́; orta Britannis.

Quin imo ipſi Florentini fatebuntur vrbem ſuam à fratre *Achaij Scotorum* Regis ampliatam, inde ſe in clypeo *Leonem Scoticum* geſtare, ita *Scoti* ſunt, quia Nongentis annis in Italia conſederunt non *Hiberni*.

V. Mo-

V. Monaſteria *Scotico* nomini adducta numero XV. quorum nonnulla ante mille annos condita, poſſeſſores *Scotos*, nec vnquam *Hibernos* habuerunt, quod & vetera monimenta teſtantur, & vitæ tot ſanctorum *Galli, Rabani Mauri, Ioannis Conſtantienſis Antiſtitis, Argobaſti, Florentij, Macarij, duorum Marianorum Amnichadi, Diſybodi*, & plurium aliorum, quos S.R.E. in Sanctorum album ſub nomen *Scotorum* non *Hibernorum* retulit. Omitto quod eſt notiſſimum de SS. *Kiliano cum ſocijs Burchardo, Rudberto*, & fratre qui cum *Althone*, & infinitis alijs *Scoti* habentur à Germanis, non *Hiberni*, & pacifica Cænobiorum poſſeſſio certum noſtratibus titulum facit.

VI. Argumentum hoc haudquaquam leue, nuper Tholoſæ, Rhotomagi, Auguſtæ Veromanduorum, Peronæ, Xantonibus, & alibi Galliarum Canonici *Scoti* ex veteri prærogatiua in capitulum admiſſi, nec ita pridem *Andreas Forman* Bituricenſis Archiepiſcopus, multi Decuriones, prouinciarum Rectores, Equites Mariſcalli, Duces, Coneſtabuli, ipſi militiæ apices ſine vllo delectu, ac ſi Galli eſſent tota paſſim Francia *Scoti* reperiuntur, qui veteri fœderis iure teſtamenta condere, hæreditates adire, legata extra regnum commorãtibus relinquere poſſunt, quod ius haudquaquam eo Regno *Hibernis* competit.

VII. Reſpondeo aduerſariorum argumentis. Beda ait *Hiberniam Scotorum eſſet patriam*, & eum ſecutus S. Iſidorus Hiſpalenſis, quod facilè diluitur, nam paulo ante Bedam *Scoti* Britannia eiecti *Hiberniam* occupauerant, nec aliam tum patriam habebant donec poſt XLV. annos in *Scotiam* redierunt. Deinde videri poteſt Bedam exiſtimaſſe *Scotos* ex Aegypto in Hiſpaniam primùm, deinde in Hiberniam appuliſſe, demum in Britanniam deſcendiſſe, & licet eo tempore quo in Luſitania, aut Hibernia *Scoti* morarentur, patriæ *Scotorum* illæ dici poſſent, tamen cum aliam acquiſiuerunt, cur non, & veteris patriæ appellatio ceſſaret? Denique communio ea appellationis potuit à monaſterijs ſumi. Nam in Sodorenſi ſede omnes inſulæ *Scoticæ* ditionis monaſterijs erãt abundantiſſimæ, ad quæ *Hiberni* ſacrarum literarum ſtudio commigrabant, vt infra patebit, & ſic à patribus maximis qui *Scoti* erant, cæteri Monachi, etiam *Hiberni, Cambri*, aut *Angli* dicebantur *Scoti*, idemque iuris in terra firma obtinebat, ſic in Cœnobijs *Trioit, Diuini ruris, Birra, Rathmelſigi, Leſtingham, Melroſia*, & alijs, vt ex Beda, & Adamanno in vita S. *Columbæ* apparet, *Angli, Hiberniq́;* promiſcue à *Scotis* erudiebantur. Quid, quod ipſe Beda SS. *Aidanum, Cormanum, Finnanum*, qui nati in *Scotia*

Eccleſias

Eccleſias ibidem rexerunt, non aliter quam *Scotos* vocat, ac deinde *eandem gentem cum Anglis Scotos* eſſe diſerte tradit, nec mari ſeparari, quod de *Hibernis* longo, & periculoſo maris tractu ſecluſis vſurpari haudquaquam poteſt.

VIII. Duo ſunt quæ nunquam *Hibernis* conuenire poſſunt, *Regnum Pictorum à Scotis deletum, & Vallum Adriani Augusti, Septimijq́; à Scotis oppugnatum* ex Dione Cocceiano, Spartiano, & alijs. Sic igitur Romani ſcriptores, Germani, Itali, Galli, Angli *Scotos* ab *Hibernis* ſeparant.

IX. Tantum abeſt, vt *Hibernia* per *Scotiam* nominetur, quin verò magis nomen *Hiberniæ* competit *Scotiæ* Martyrol. Rom. XVI. Decemb. S. *Beanum Epiſcopum Aberdoniæ in Hibernia* facit cum *Aberdonia* ſit Academia, & clariſſimum *Scotiæ* emporium, etiam Epiſcopi ſedes, vt Philippus Ferrarius Alexandrinus in Topograph. Martyrologij Romani notat, & Seruius ante annos M. D. probatæ fidei Grammaticus *Hiberniam* pro *Scotia* vſurpauit ad lib. I Georg. pag. LXII. Et ſanè potior ea ratio, vt *Hiberniæ* vox denotet *Scotiam*, quam vice verſa, vt *Scotia* ſit *Hibernia*, nam magna pars *Scotiæ* ſilueſtris ſolet vocari *Hibernia*, ex quo tractu olim *C. Sedulius* ferebatur, quare à nonnullis *Scotus Hibernienſis* dicitur, & *Cornelius* cognomento *Hibernicus* à *Scotia* montana nomen traxit, & nuper *Georg. Buchananus*, & plerique ſanctitate, & literis clari.

X. Denique dicant quando *Scotiæ* nomen cœperit de *Hibernia* vſurpari? & quãdo promiſcuus ille appellationum vſus ceſſauit? & quomodo, aut qua ratione tam illuſtre nomen *Hibernia* amiſerit? certe enim hodie, vt tempore D. Bernardi in Vita Malachiæ eo diſertè diſtinguente, alia regio, aut regnum *Scotia*, alia erat *Hibernia*. Hoc etiam indicandum ab ijs eſt quæ appellatio, aut nomen *Scotiæ*, tunc erat, cum per *Scotiam* notabatur *Hibernia*? Hoc ſanè ſi *Hiberni* vllius vnius veteris autoris teſtimonio oſtẽdere poſſent, eruditum Lectorem ſibi conciliarent, me certè non alienum haberent.

D. Hieronymi locus de Scotis correctus, & populus ille calumnia liberatus. *Cap. IV.*

POpulo huic licet antiquo, & nobili grauem ignominiæ notam conciliarunt poſterioris æui ſcriptores moti loco D. Hieronymi quẽ auidiſſimè recentiores exſcripſerunt præſertim Angli fatali quodam in gentem noſtram odio accenſi, & infantiſſimus Ioannes Aubanus Bohemus confu-

confuſiſſimus nugator Cœlius Rhodigin lib.XVIII.antiquarum lection. cap.II. locus ille eſt ex lib.II. in Iouinianum,& ſic ſe habet. *Quid de reliquis loquar nationibus,cum ipſe adoleſcentulus viderim in Gallia Scotos humanis veſci carnibus,& cum per ſiluas porcorum greges, & armentorum,pecudumque reperiant,paſtorum nates, & fœminarum papillas abſcindere, & has ſolas ciborum delitias arbitrari. Iidem Scoti quaſi Platonis Rempublicam ſequentes, nullam propriam habent coniugem, ſed pro libidine more pecudum laſciuiunt.* Hunc locum non poſſe de *Scotis* intelligi manifeſtiſſimis rationibus conuincam, ac deinde reſtituam ſuum Hieronymo ſenſum meridiana luce clariorem.

Primum nemo præter Hieronymum ex tota antiquitatis memoria, cælo tamen, ſolo, ac ſæculo tam docto, & literatorum ferace illius barbariei vnquam meminit,aut *Scotis* imputauit argumento liquido,aut deceptum ipſum rumorem, aut à maleuolo quodam locum intruſum, aut corruptum.

Deinde *Scoti* ea tempeſtate in Gallijs non erant, aut ſi fuiſſent quomodo illos adoleſcentulus, aut *Scotos* vocari, aut ab alijs peregrinis ipſe internoſcere potuiſſet? Vt omittam non videri Gallos tàm dirum nefas impune admitti in gente ſua ab alienigena populo pati voluiſſe: & res minoris momenti in acta publica eo æuo relatæ.

Quid pluribus? CC. & pœnè CCC. ante Hieronymum annis *Scotia* fidem Chriſtianam tota receperat,& Euãgelij lucem ex profundis Idololatriæ tenebris læta hauſerat,vt infra hoc Opuſculo probabitur,imò & vicinæ gentes à *Scotis* edoctæ dæmonum cultus eiurauerant,vt careat omni probabilitatis ratione, viros Chriſtianam pietatis feruentiſſimæ ſtudio doctrinam amplexos in tam horrendum crimen incurriſſe. His, vt puto, rationibus fides ſcripti impugnata, corruptæ ſuſpicionem excitauit.

Locum facilè correxeris ſi pro *Scotis* legas *Gothis*: & rationi temporũ, & rei veritati correctio apprimè quadrat. Atque illa quidem non eſt mera coniectura, ſed autoritas librorum Manuſcriptorum. Dices, in quibuſdam diſertè legi, *Viderim Scotos gentem Britannicam*,at illud *gentem Britannicam* ab eſſe ab omnibus antiquis codicibus Eraſmus Roterodamus,vt alter pietati teſtatur, & Humfridus L.Huydus iuratiſſimus genti noſtræ hoſtis locum recitat, nec tamen illa verba habet commentariolo fragmenti pag.XXXVII. Et videtur gloſſema ab alicuius imperiti manu margini appoſitum in textum irrepſiſſe indocti librarij errore,

aut

aut fortè ab Henrico Stephano primum additum in odium Henrici Schrimgeri *Scoti*, cum quo ſimultates ille letales exercebat.

De *Gothis* autem non *Scotis* locutum Hieronymum multa ſuadent, tum vel illud maximè quod æuo illo *Gothi*, vel infideles, vel Arriana hæreſi coinquinati cum *Hunnis*, alijſque Barbaris, Gallias irruperant, iura humana diuinaque confundentes omnia miſcerent. Hincmarus Rhemorum Archiepiſcopus in vita S.Remigij, acta S.Sabæ, & vita eiuſdem ex antiquiſſimis monimentis per Simeonem Metaphraſten ſcripta, vt retulit Lipomanus Tom.VII.& Menologion Græcorũ XIV. Kalend.Maij. Illi enim docent *Atharidium Rhoteſti* regis filium immanem, & diram excitaſſe perſecutionem circa annum CCCLXXVII. Eundem hunc Ethnicorum furorem vſque ad Hieronymi tempora, & vltra ſe extendiſſe loquitur Anonymus autor, ſed vetuſtus in vita S.Vrſulæ cap.XIV. & Anonymus alter in translatione S. *Seuerini* Colonienſis Archiepiſcopi, vterque apud L. Surium Tom.V. & truculentam hanc *Gothorum* in Gallias irruptionem latè exequitur Beda lib.I. hiſtor. Eccleſiaſt. gent. Anglor.cap.XI. vide notata à Chriſtophoro Bruuero V. doctiſs. ad lib. III. Venantij Fortunat. pag.LXVII. quæ non ex ſcribo, eſt enim certum viros bonos ab ijs, vel ſupplicio affectos capitali, vel in exilium pulſos. Antonij Epiſcopi Conſtantienſis eſt Epiſtola ad *Arcadium* conſolatoria quem *Genſericus* Rex relegauerat Tom.V. Bibliothec.SS.Patrum pag. DCXL. Huius tam trucis inuaſionis Galliarum, & Vaſtitatis factę autor *Athaulphus* Rex, vt ſcribit Iornandes, ſiue, vt alij vocant Iordanus: quam cladem deplorat B.Proſper Aquitanicus.

——— Heu cæde decenni
Vandalicis gladijs ſternimur, & Geticis.
Non caſtella petris, non oppida montibus altis
Impoſita, aut vrbes omnibus æquoreis.
Barbarici ſuperare dolos, atque arma furoris
Eualuere; omnes vltima pertulimus.

Fuerint ergo *Gothi* quos Hieronymi locus notat, *quorum rabies in Gallijs* ea tempeſtate, *perſtrepebat*. Petrus à Natalibus lib.V. Catalogi cap. XXIV. *horrendos* vocat Gregorius Turonenſis lib.VIII.cap.X. *perfidos* Sidonius Apollinaris lib.VII. Epiſt.VI. *Semiferos* fortè ob eſum humanæ carnis, Aurel.Prudentius in Apotheoſi contra Vnionitas.

Semifer hoc Gothus ſentit.

Et prona ſanè fuit corruptela quando inter *Scotos*, & *Gothos* magna vo-

cum

cum affinitas videretur, & ſæpe vna dictio pro altera vſurpetur apud antiquos ſcriptores, ita in Epigraphe Epiſt. XXVI. Alcuini Flacci Scoti habetur *Dilectiſſimis fratribus in prouincia Gothorum*, legit Caniſius rectè *in Prouincia Scotorum*. Vide lib. III. de Scriptoribus Scotis in S. Columbano. Adde & Platinam in Bonifacio IV. *Columbanus*, ait *Abbas vir Sanctiſſimus genere Gothus, vt quidam affirmant ex Scotia in Burgundiam primo veniens Lixonenſe Monaſterium egregium id quidem ſtruxit, inde in Italiam abiens apud Bobium in Apennino aliud Monaſterium, amplum ædificat*, ſed corrigendus locus *genere Scotus*, & poſtea Luxouienſe Monaſterium. Vide loco proximè, laudato. Cyrinus Ratiſponenſis Epiſcopus in eadem voce corruptus in vita S. *Heimerammi*, vel *Emmerammi* Epiſcopi. *Europæ non modica pars Chriſtianiſmi religione inſignita floruit, & tot Occidentis populi, Angli, Britanni, Hiberni, Galli, Alemanni, Germaniæ pars paulatim miris modis in Dei confeſſione, & laude conſtanter excreuere, Gotthia etiam, & Hiſpania, & Aquitania cum habitatoribus ſuis, reiecta Idololatria vnicum Dei filium colere cœperunt*. Quis verò non videt hunc locum eſſe corruptiſſimum? nam quæ connexio *Gotthiæ*, & *Aquitaniæ* cum *Hiſpania*, aut cur *Gotthia* inter *Occidentis populos?* Refinge ergo *Scotia* etiam, & *Hiſpania*.

Impenſius etiam placet eorum ſententia, qui locum D. Hieronymi de *Hibernis* intelligendum contendant, idque ex Sylueſtri Giraldi autoritate lib. de Topograph. Hibern. cap. XXII. & Strabone infra capite ſequenti, quod & ſi veriſſimum videatur, tamen veriſimilius peregrinum populum ea infamia onerare maximè cum id in *Gothos* ea tempeſtate Galliam depopulantes, & libri antiqui MS. & Hiſtoriæ ſeries verè reijciant. Accedit & *Gothorum*, ſiue *Getarum* natura, qui olim, & carnibus veſci, & ſanguinem pro potu habere non obſcuris autorum monimentis ferebantur. Omitto Coſmographos, & Hiſtoricos ſolis poetarum teſtimonijs contentus. Sext. Auien. in Orb. deſcript.

> *His cibus, & potus ſimul eſt cum ſanguinem Equinum,*
> *Et lac concretum per barbara guttura ſorbent.*

Priſcianus in Periegeſi.

> *Nec Bacchi donum, Cereris nec pocula norunt,*
> *Sed lac concretum humano cum ſanguine potant.*

Eadem Dionyſius Afer. Sidon. Apollinar. Carm. VII. v. LXXXII.

> *Sauromatem taceo, ac Moſcum, ſolitoſq; cruentum*
> *Lac potare Getas.*

Quidni igitur ſuæ originis memores *Gothi* fidei Chriſtianæ exortes in Gallijs humanas carnes eſitarint? tu perpende mi lector: mihi improbabile videtur *Scotos* iam tum mãſuetiores literas amantes Chriſtianãq. pietatem multis antea ſeculis profeſſos maximè cum ea tempeſtate exularent apud Danos, Orchadianos, Noruegios, aut Hibernos, in Gallis à S. Hieronymo viſos humanis veſci carnibus.

Quæ de promiſcuo Veneris vſu, & Republica Platonis inter *Scotos* inualeſcente eodem iure refelletur, quo prius. Eſt tamen verum diu inter noſtrates turpiſſimam legem viguiſſe, qua nobiles plebeiorũ vxores prima nuptiarum nocte corrumpere, & veluti virginitatis primitias libare ſolebant, vt lib. V. de ſcriptoribus Scotis videbis in *Edero*. Hanc poſtea iniquiſſimam, & ſpurciſſimam impietatem ſuſtulit S. *Malcolmus* Rex rogatu Sanctæ *Margaretæ* vxoris, vt eſt eiuſdem operis lib. XI. oſtenſum.

Antiqua vitia non eſſe gentibus imputanda varijs exemplis probatum. Cap. V.

QVàm futile, & imbelle ſit malignitatis inuidiæq. telum vetera gentilitatis crimina, nec ea ſanè certo confirmata teſtimonio in ludibrium, ac ignominiæ notam nobiliſſimis gentibus objicere, facilè quilibet rerum æquus æſtimator iudicabit, & nulla certe tam ſancta, & virtuti dedita gens eſt hodie in Europa, quam non aliquo crimine antiquitas notarit, & pauca adſcribam exẽpla. *Normani ſunt* ergo apud Gaufredum Malaterram lib. I. de Rebus Guiſcardi, & Rogeri, *Infideles, Spurci, adulari callidi*. Vide locum qui mihi non eſt ad manum, ſed multa ille habet quæ à moribus Normannorum hodiernis abhorrent.

De Hibernis quid ais Silueſter Girälde Topograph. Hibern. cap. XIX. *Gens ſpurciſſima, gens vitijs inuolutiſſima, gens omnium gentium in fidei rudimentis inculτiſſima, nondum matrimonia contrahunt, non inceſtus vitant, non Eccleſiam Dei cum debita Reuerentia frequentant*. Et cap. XX. *præ omnibus alijs gentibus proditionibus ſemper inſiſtunt, fidem datam nemini ſeruant*, concludit.

Hoc firmum ſeruans, quod nunquam firma fidele,
Hoc ſolum retinens quod neſciat eſſe fidelis.

Et plura ille ſequentibus capitibus attexit eiuſdem farinæ, non odio, vt puto, gentis, ſed re ipſa ſuadente: Nam ſiue recentiorem mores inſpician-

ſpiciantur, ſiue veterum barbaries diſcutiatur, non confiсta hæc, ſed veris proxima, imo ex Tripode dicta deprehendentur Strabonis in eoſdem eſt virulentus locus, ex lib. IV. Sunt, inquit, *ἀγριώτεροι τῶν βρετανῶν, ἀνθρωποφάγοι καὶ πολυφάγοι. Agreſtiores Britannis, & qui humanis veſcantur carnibus, & plurimum cibi vorant.* Addit horrendum magis, in laudem eos ponere *mortuorum parentum cadauera comedere, & non modo cum alijs mulieribus, ſed & cum ſororibus, & matribus palam concumbere.* Sed Græculus ille ſolo, vt ei genti mos eſt, alias nationes carpendi ſtudio hæc effutiuit, nec tamen ab *hibernorum* ingenijs aliena.

Nec ſemper mendax fingere Creta ſolet.

Gulielm. Malmesbur. lib. V. *quanti valeret Hibernia, ſi non ad nauigarent merces ex Anglia? ita pro penuria, imo pro inſcientia cultorum, ieiunum omnium bonorum ſolum, agreſtem, & ſquallidam multitudinem Hibernenſiũ extra vrbes producit.* Verum peiora longè alij de gente illa, nec temerè ob id aliter quam *barbara gens* audit S. Bernardus apud Sur. Tom. VI. pag. XXVIII. *Ortus in hibernia de populo barbaro de natali barbariæ traxit nihil, non magis quam de ſale materno piſces maris, quam verò ſuauis, quam inculta barbaries, tam vrbanum protulit ciuem.* Eodem Tom. die XIV. Nouembris. *Laurentius de terra barbara, vt Iob de terra Hus non plus de terræ ſuæ barbarie traxit quam piſces de ſalſedine maris.* Gulielmus Neubrigenſis lib. III. cap. IX. Cardinalis Viuianus Scotiæ Legatus, ex Scotia in Hiberniam proficiſcens *literas Regis Anglorum habebat, vt legationis ſuæ inter Barbaros munus impleret.* Sed illud ex ore S. Bernardi apud Surium Tom. VI. pag. XXX. quale eſt teſtimonium? *cum incœpiſſet ex officio agere tunc intellexit homo Dei non ad homines ſe, ſed ad beſtias deſtinatum, nunquam adhuc tales expertus fuerat in quantacumque barbarie nuſquam repererat, ſic proteruos ad mores, ſic ferales ad ritus, ſic ad fidem impios, ad leges barbaros, ceruicoſos ad diſciplinam, ſpurcos ad vitam, Chriſtiani nomine, re pagani, non decimas, non primitias dare, non legitimè inire cõiugia, non facere confeßiones.* Horrẽda ſanè deſcriptio, nollem ſic quempiam de Scotia mea ſentire, multominus loqui. S. Hildegardis locus in eodem Surio Tom. IV. pag XLV. ad VIII. Iulij ſuccenturiatur. *Ingens ſchiſma, & magna ludibria tota Hibernia extitere, alijs vetus, & nouum teſtamentum oppugnantibus Chriſtumq́ abnegantibus, alijs alias hæreſes amplectentibus, plerisq́ ad Iudaiſmum ſe conferentibus, nonnullis in Ethniciſſimum prolabentibus quibuſdam non vt homines decet, ſed pecudum inſtar viuere appetentibus:* reliqua non eſcribo. Atque hæc qualia eſſent, do-

meſticus pœne teſtis Neubrigenſis, loco laudato, Epiſcopus quidam Hiberniæ aſſeuerat apud eum grauiter his verbis. *Hiberni arbitrantur obſequium ſe præſtare Deo dum per anni circulum furto, & rapina congererent quod in Paſchali ſolemnitate profuſiſſimis abſumeretur conuiuijs.* Belluis & brutis eos S. Bernardus olim aſſimilabat, quod fortè Thomam Porchacium Caſtilionæum impulit, vt ſic loqueretur in inſularũ deſcriptione, lib. I. cap. XIV. *Hiberniæ incolæ ſunt omnium mortalium maximè ruſtici non habent multum frumenti, ſed viuunt lacte, cum pane vtuntur, auenaceus eſt, vocãtur ſilueſtres, quia viuunt more belluarum.* Eadem ante illum in opere eodem titulo prodiderat Benedictus Bordonus, qui Venetijs exijt typis Federici Toriſani, Anno MDXLVII. pag. I. *Nihil eſt in Hibernia quod ſit memoria dignum niſi incolas ſummè manducones eſſe, & in cibis humanas carnes vſurpant vſque adeo vt parentes defunctos manducẽt, videturq́ illis maximus honor vxores ſuas proſtituere, & cum matribus, & ſororibus ſe miſcere.* Dira & abominanda, ſi vera, ſi falſa mira tot ſcriptorum cõcordia. Inſolentiam haud obſcurè ijs obijcit populis S. Alcuinus Scotus relatus à Surio die XXVIII. Aprilis, Tom. II. pag. CCLXIX. dum ſcribit. *Duos Hibernos non ſuſceptos propter morum inſolentiam.* Epiſcopos verò Hibernos mire Petrus Bleſenſis depingit Epiſt. LIII. *Victum & veſtitum miſerè mendicantes, ſacramenta noſtræ redemptionis conuertunt in quæſtum.* Sæuus eſt, & atroci, ſanguinolentoque ſtylo gentem hanc transfixit nuper Rolandus Heurlebeut à Caſtelnau Vaſco: ſed eum non retracto, hoc abundè erit admonuiſſe multa interdum falsò gentibus quibuſdam improperari.

Alamannos facit *ebrietati deditos* S. Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus lib. IV. de Gubernat. Dei.

Saxones, Franci, Gepidæ, & Hunni ab eodem ibi loci carpuntur. *Gens Saxonum fera eſt, Francorum infidelis, Gepidarum inhumana, Hunnorum impudica.*

Sed & de *Francis* ipſe *Francus* ibidẽ loci. *Si peieret Francus, quid noui faceret qui periurium ipſum ſermonis genus putat eſſe non criminis?* niſi noti eſſent ſanctiſſimi, & ſuauiſſimi Francorum mores perſuaderet Saluianus. Et ſi luberet vitia ſcriptoribus ſumpta imputare, *Galli* eſſent *vani,* Liuius I. Decad. lib. V. *In omnem auram mobiles*, Trebell. Pollio in Gallienis, *ſtolidi.* Firmic. Matern. lib. I. Matheſ. cap. I. *pigrioris ingenij.* Ammian. Marcellin. lib. XV. quam hæc cum hodierno ſtatu pugnant.

An mitius cũ *Germanis* actũ? hi ſanè *latrocinijs dediti.* P. Mela lib. III.

Geo-

Geograph.cap.III. *Pecunia auidi.* Herodian.lib.VI.in fine. *Grandes corpore, puſilli mente.* Arrian.lib.I.de Geſt.Alexand. *Natum mẽdacio genus.* Velleius Paterculus lib.II. nobiliſſimæ genti iniuria detrahunt.

Polonorum acta, & mores alios ab hodiernis expreſſit Guntherus Ligurini lib.IV. pag.CCCLXII.

Eadem ignominia Romanos ipſos tetigit, ſed parum S.R.E.dignitati parentes, ſed ſchiſmata fouentes, & ſanctiſſimos Petri ſucceſſores æquanimiter non ferentes. S.Bernardus lib.V.de Conſiderat.cap.II. *Inuiſi terræ, & cœlo, impij in Deum, temerarij in ſancta, ſeditioſi adinuicem, æmuli in vicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amantes nemo amat, inuerecundi ad negandum, ad petendum frontoſi, importuni vt accipiant, inquieti ad accipiendum, ingrati vbi acceperint, grandi loquentes, largiſsimi promiſſores, parciſsimi exhibitores, blandiſsimi adulatores, & mordaciſsimi detractores, ſimpliciſsimi diſsimulatores, & maligniſsimi proditores.* Hæc vt ætate D Bernardi vera eſſe potuerunt, certè noſtra ſunt falſa.

An verò ipſa Britannia Romanis cognita, hoc eſt Anglia apud priſcos meliori fama audit? Strabo lib.IV. *Simpliciorem, ac barbariorẽ Gallia, Agriculturæ ſtudium ignorare, tam imbellem eſſe, vt vnius legionis præſidio contineri in officio poſſet.* Cœſar lib.V.Commentariorum. *Vxores communes inter fratres, inter liberos, & parentes,* ſcribit Gildas ſapiens eos *nec in bello fortes, nec in pace fideles,* ait libell.de Excidio Britanniæ. Huc refero verba noſtri, & noſtratis S.Bonifacij Germaniarum Apoſtoli, vt confirmaretur ſanctiſſimi viri relatione, nec in dubium reuocari poſſet opinio vetus de Anglorum improbitate, ita enim ille ad Regem Anglorum apud Gratianum Monachum in Decreto diſt.LVI. *Si gens Anglorum, ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & Italia improperatur, & ab ipſis paganis nobis obijcitur, ſpretis legalibus connubijs, adulterando, & luxuriando, inſtar ſodomiticæ gentis, fedam vitam duxerit, de tali commixtione meretricum, æſtimandum eſt degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobilia vergentem, & nouiſſime, nec bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem, & nec honorabilem hoſtibus, nec Deo amabilem eſſe venturam.* Anchorani editio paulo aliter, *nec honorabilem hominibus,* & notat Gloſſa *Anglos degeneres eſſe quoad fortitudinem, & nobilitatem.* Sed domeſtico teſti forte maior adhibebitur fides, Henricus Huntindoniẽſis lib.IV.pag.CXCVII. *Gens Anglorum naturaliter dura, & ſuperba.* Et lib. VI. principio. Angli *cædi, & proditioni, ebrietati, & negligentiæ ſtudent.*

Lon-

Longum foret ſi de natura *Anglorum, Danorum, Saxonum, & Normanorum* qui *Angliam* ſubiecerunt ſibi differere ordiar, Cœl. Rhodigin. lib. X. cap. XIIX. & ſequentib. Barthol. Chaſſan. Catal. Glor. Mundi, part. XII. hoc ſemel dixerim nullius autoris ſcriptum præclaræ alicuius gentis elogio officere debere, nec tantum vnius ſcriptoris licet Sancti, pondus eſſe, vt patriæ meæ ſanctiſſimæ meritis laudibus præiudicare debeat. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Hieronymus, & Gregorius apud Gratian. diſt. LVI.

Scoti Fidem Anno CCIII. acceperunt, & conſtantes eam conſeruarunt vſque ad Caluini tempus, Anglorum diſparitas. *Cap. VI.*

DOnaldus I. Rex *Ethodij* Regis Germanus Princeps inſita bonitate, ac Clementia pius, pertæſus dæmonum teterrimorum cultus Romã miſit qui à S. *Victore* I. tum Petri Cathedram obtinente, Doctores peterent impetratiſque in *Scotiam* redierunt, & ſtatim Rex cum coniuge liberis, ac tota familia Sacro fonte ablutus in Catholicæ Eccleſiæ gremium eſt admiſſus. Regis exemplum ſequuti proceres, & totum per Regnum plebeij abiurata gentili impietate in ſanctæ Fidei communionem vltro conceſſerunt. Ita omnes Annalium noſtratium, & hiſtoriarum *Scoticarum* ſcriptores. Rex vt aliquod ſuæ pietatis documentum poſteris relinqueret nummos aureos cum effigie *Crucis* cudi imperauit, quos *Cruciatos* ſequentia ſæcula vocarunt. Incidit hæc conuerſio in annum mundi creati V. M. CCCXC. Scotici regni fundati DXXXIII. ſalutis reparatæ CCIII. vt vnanimi conſenſu liquet ex autoribus quos ſupra cap. II. hic laudaui. Guill. Sanderus de viſibili monarchia lib. VII. & alij. Iniurius eſt genti noſtræ Illuſtriſs. Baronius in Append. Tom. V. Sed ab Anglis deceptus, dum ait, *nõ alios in Scotia ante Palladium Catholicos fuiſſe, niſi qui perſecutionem ex Anglia fugientes eò ſe recepiſſent*. O ſingularem illius gentis impudentiam, inuidentiam. Primos gentis noſtræ Doctores, & Apoſtolos conſtat à Romana ſede miſſos, ſed qui fuerint, aut quibus nominibus non eſt exploratum. Ioannes Fordanus putauit *Paſchaſium* quendam Siculum prima Chriſtianæ pietatis rudimenta mandante S. *Victore* in *Scotia* nunciaſſe, & tyrocinia fidei feciſſe, id probat ex veteri codice Baſilicæ Liſmorenſis, quæ omnium *Scoticarum* prima habebatur. Addit idem nullum vnquam populum leuiori opera ad Chri-

ſtum

ſtum eſſe conuerſum, ac tantum fuiſſe ad ſacros Doctores concurſum, vt baptizando populo ſacerdotes deeſſent. Ab eodem etiam eſt traditum hunc *Paſchaſium* relictis in *Scotia* ſocijs qui rudem adhuc Chriſtianorum rituum populum impenſius ſacra docerent, Romãm redijſſe, & Regis *Donaldi* nomine ſanctiſſimo Pontifici gratias egiſſe de tãm ſingulari beneficio accepto, ſed antequam ille appelleret, ex hac vita *Victor* migrauerat, & ſucceſſor datus erat *Zephyrinus*, vt appareat manifeſto *Victoris* vltimo anno *Scotiam* ad fidem conuerſam. In quo illud quidem mirabile duco, Regem, & magnates, & plebeios vno eodemque tempore diuina gratia tactos ad fidem certatim concurriſſe profitendam, cum longè aliter in alijs gentibus euenire videamus, nam ſi vera eſt de *Lucio* Britannorum Rege relatio, certum eſt Rege fidem amplexo populum infidelem quingentis annis totis permanſiſſe, vt ſequenti capite dicetur. Franci certè ipſis Apoſtolorum temporibus Euãgelij luce illuſtrati principem ſibi in religione concordem nõniſi poſt trecentos ſeptuaginta annos habuerunt ſacro Fonte per *Remigium* antiſtitem abluto *Clodouæo*. Romani ipſi nonne diu ante Cœſares in Chriſtum crediderunt, & tot martyres ceciderunt? Sed vti valdè hoc in Scotis eſt admirandum vno eodemque tempore Regem, & populum in fidelium communionem ſuſceptos, ita illud laude æterna digniſſimum *Scotos* nunquam à ſuſceptæ fidei veritate declinaſſe, nec hæretico vlli contra Eccleſiam adhęſiſſe donec nuper *Iacobo* V. mortuo, hærede regni in Franciam tranſlata *Maria* Impubere, & ad regnum per ætatem inepta, hæreſis Caluiniana ex Anglia vicina res nouas molientibus regni optimatibus irrumpens violenter multarum animarum pernicie graſſata eſt, vide lib. X. de ſcriptoribus Scotis in Knoxio.

Non deſunt qui nos citius ad Euangelij profeſſionem vocatos velint, ſcilicet eodem cum *Francis* tempore per *Philippum* Apoſtolum, & fauere videtur Freculphus Lexouiẽſis Epiſcopus, Tom. II. lib. II. cap. IV. vbi ait. *Philippus à Betſaida Ciuitate, vnde & Petrus, de quo in Euangelijs, atque in actibus Apoſtolorum digna laudis memoria ſæpius facta eſt, cuius etiam filiæ prophetiſſæ extiterunt, & miræ ſanctitatis, & perpetuæ virginitatis: hic Gallis prædicat Chriſtũ, barbaraſq; gentes, vicinaſq; tenebris, & tumenti Oceano coniunctas ad ſcientiæ lucem, fideiq; portum deducit*. Quicquid ſit de prædicatione S. *Philippi*, quia res eſt incerta, & non ſoli *Scoti tumenti Oceano ſunt coniuncti*, priori ego ſententiæ adhærebo quæ adſtipulatorem habet Q. Florentem Tertullian. qui ſcribere deſijt Anno CCXVIII. vt obſer-

obſeruat vir doctiſſimus Iacobus Pamelius. Is ergo libro aduerſus Iudæos cap. VII. *In quem alium vniuerſæ gentes crediderunt*, inquit, *niſi in Chriſtum qui iam venit? Parthi, Medi, Elamitæ, & qui inhabitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & Incolentes Pontum, & Aſiam, & Pamphyliam immorantes Aegyptum, & Regionem Aphricæ quæ eſt trans Cyrenem inhabitantes, Romani, & Incolæ, tunc & in Hieruſalem Iudæi, & cæteræ gentes, vt iam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diuerſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca Chriſto vero ſubdita*. Quæ verba de Anglia nō poſſunt vſurpari cuius loca CCC. pœnè annis antea Romanis aperta fuerant, nam vt *Cæſarem* traieciſſe in Britanniam omittam eaque quæ ſub *Claudio*, & *Nerone* à Romanis ea in inſula geſta ſunt, certum eſt ante tempus iſtud, de quo Tertullianus Britanniæ partes Meridionales prouinciam Romanam factas præter *Scotos*, & Anglos ſcriptores Dio Cocceianus, Xiphilinus, Spartianus, Lampridius, & omniū fuſiſſimè C. Tacitus in Agricola, vt non potuerit verè dici à Tertulliano *inacceſſa Romanis loca*, quæ optimè in Scotiam quadrabunt, quæ nunquam Romani iuris facta, Vallo ab ea Britanniæ parte quæ Romanis parebat diſtinguebatur, vt infra dicam, ita Venantius Fortunatus Italus Pictauienſis Epiſcopus lib. III. vit. S. Martini.

Quid ſacer ille ſimul Paulus tuba gentibus ampla
Per mare, per terras Chriſti præconia fundens?
Europam, atque Aſiam, Libyam ſale, dogmate complens,
Et qua ſol radijs luſtrat, ſtylus ille cucurrit
Arctos, meridies hinc plenus Veſper, & Ortus
Tranſit, & Oceanum, vel qua facit inſula portum
Quaſque Britannus habet portas, atque vltima Thule.

Hæc ille Poetico æſtu abreptus. Nos modeſtiores nullaq. Poetarum licentia gentis noſtræ pietatem blandientes impenſius firmamus, contentique vero ad S. *Victoris* curam fidei noſtræ incunabula referimus, & mille quingentis pœnè annis illibatam, ſine vlla hæreſeos fæce conſeruatam gloriamur. Atque vtinam ea nunc noſtrorum cura, & pietas eſſet quæ maiorum fuit.

Sunt tamen qui improbè noſtrates fidei lumen non ante CCCC. annum ſalutis hauſiſſe ſcribunt, & in alijs ignobilis ille, & indiligens Veſpa M. Antonius Coccius Sabellicus, qui ſatis habuit inſanis nugamentis, & quiſquilijs paginas impleuiſſe. Is ergo Ennead. VIII. lib. I. pag. 433.

Miſit

Miſit Cæleſtinus Palladium ad Scotos fidei indipiſcendæ cupidos. Sed multis ante S. *Palladium* ſæculis tota *Scotia* Chriſtianam doctrinam imbiberat, & profeſſa fuerat ſumma ſanctitatis, & eruditionis opinione, quod luculentis, & indubitatis ſcriptorum teſtimonijs quicquid homo Italus rerũ noſtrarum ignarus, & ſuis tantùm natus effutiat, diligenter, vt puto, eſt demonſtratum lib. XV. de ſcriptoribus Scotis in *Palladio*, longè alia Anglorum Ratio quod capite ſequenti patebit.

Angli CCCC. annis totis ad fidem poſt Scotos conuerſi eamq́; hæreſibus crebris coinquinarunt. Cap. VII.

SCribebam hæc, & qualiacunque patriæ honori lubens conſecrabam, res noſtras optimis rationibus ſtabilire conatus, & bona fide, ſimpliciq́ue vero contentus, nulli genti conuitium facere decreueram, cum in manus venit Commentarius Franciſci Godvvini Angli de Prȩſulibus Angliæ, cui cum præmiſiſſet tractatum de conuerſione Britanniæ ad Religionem Chriſtianam in eius cap. III. ſic habet. *Sed non placet vt Scotia, quamquam nunc pars noſtri, nobis hanc gloriam præripiat, quapropter malo augurari in hac noſtra Anglia Lucium Regnum obtinuiſſe*, quæ ridiculæ oſtentationis plena eſſe falſiſſimæq́ue vanitatis, patientia mea oſtendet. Ante omnia, mi homo, cur *veſtri Scotia pars*, ac non noſtri potius *Anglia pars* cenſebitur? Num regnum *Scotiæ* vnquam *Angliæ* ceſſit, aut inferius niſi ex Anglorum ſententia, vlli viſum eſt pietate literis, armis, Regum maieſtate? non euinces, verum illud ab infenſo hoſtiliter animo proceſſum inuidiam, & conceptum in gentem noſtram liuorem oſtendit, cauſæ æquiſſimæ non præiudicat. Et vero quis iſte Rex Angliæ *Lucius?* aut à quo veterum nominatus? aut quibus in Britannia gentibus imperabat? quibus terminis Regni ſui fines claudebat? Inter *Bodotriam*, inquis, & *Glottam* imperabat, *Scotorum* ergo ille, non *Anglorũ* Rex fuit, totus enim ille tractus, & olim fuit extra *Seueri Vallum*, & hodie *Scotico* Regno paret *Bodotria eſt Forth*, & *Glotta* vocatur *Clyd* fluuius vterque notus in *Scotia*. Conſule Annales, & Geographos, & dabis manus. Ipſius ad *Eleutherium* Papam Oratores *Eluanus*, & *Meduimus* Angli ex Menenẽſi tua hiſtoria, fabulæ ſunt, vt ipſe Anglus perſonius fatetur, infra laudãdus, num. XIV. neque meliori fide Epiſtolæ vobis à *Lucio* ad *Eleutherium* ab *Eleutherio* ad *Lucium* ſuppoſitæ, quarum nullus veterum meminit, figmentum ar-

guunt id multis euincitur, nam epiſtolæ illæ non ab alijs vnquam, quàm ab Hæreticis productæ reperiuntur, ſcilicet *Foxio, Holinshed, Hooker, Hariſon, Haſtings, Ievvel,* & alijs illius farinæ homuncionibus, vt iure examinat Robertus Perſonius vir inſignis niſi fatali in Scotos odio ſæpe incenſus, part. 1. Conuerſ. Anglic. cap. IV. quis itaque adeo erit mentis impos, vt hæretico S. R. E. dignitatẽ oppugnanti fidem adhibeat? Sed epiſtolæ ſuppoſititiæ verba ipſa audiantur apud Ioan. Foxium, pag. XCVI. *Anno Domini CLXIX. à paſſione Chriſti ſcripſit D. Eleutherius Papa Lucio Regi Britanniæ ad correctionem Regis, & procerum regni.* Textum ipſum non attingo, quem alius alio modo obtrudit, omnes mutilum, & mancum: prima verba abundè erunt mihi, vt impoſturam refellam. Illud enim indubitatum habetur per Conſules, annos vrbis, agones, Olympiades, luſtra, Æras, aut Imperatorum annos pœnè quadringentis poſt *Lucium* annis numerari ſolitum: primus enim qui per annos Chriſti ſupputauit *Dionyſius* Abbas Romanus cognomento *Exiguus* cenſetur, qui ab anno DXL. exorſus ad Septimum Iuſtiniani Minoris annum Paſchalem cyclum, ideſt ad annum DLXXII. perduxit, Beda Trithem. Vuion. Paulus Petauius, Iacobus Gordonius, & alij: errat Genebrardus, qui lib. III. Chronicorum ponit illum ſub anno CCCCLX. quod & ſi verũ eſſet, tamen falſa eſſet epiſtola cum CCXCI. annis ante ſupputationẽ, fieri non potuiſſet, vt numerum illum adderet *Eleutherius*. Verum concedatur Paſchalem cyclum non repertum *Eleutherio* notum, quis vnquã in limine literarum annum, & tempus poni audiuit? Vt verum ſit ergo *Lucium* Britanniæ hoc eſt Scotiæ Regem ab *Eleutherio* ad fidem conuerſum certè ridiculi ſunt in circũſtantijs Angli. Puram putam hanc fuiſſe fabulam præter iam dicta, probant verba S. Notkeri Balbuli in Martyrolog. VIII. Kalen. Iunij. *Romæ Eleutherij Papæ qui accepit Epiſtolas à Lucio Britannorum Rege, vt per eius mandatum fieret Chriſtianus, quod & factum reperitur per Timotheum virum ſanctum, ita vt idem Lucius Spretis omnibus Mundialibus rebus, nudus, & expeditus peregrinatione ſuſcepta partem Boiariorum, & totam Rhætiam inter Alpes ſitam miraculis, & prædicationibus ad fidem Chriſti conuertiſſe credatur, cuius ſepulchrum, ideſt qui in Rhætia requieſcit, ſiue Rex quondam ille, ſiue quicunque ſeruus Dei fuerit, creberrimis virtutibus illuſtratur.* Quid apertius? aut ergo *Lucius* iſte Regulus quidam *Scotus,* vt ex tuis verbis paulo ante allatis patet, aut originis *Scoticæ,* conditionis priuatæ ſanctum illud opus inchoauit, vt ſemel dicam, tota hæc Scœna cum Venerabili Beda inſtructa, Monachos, aut imperi-

tos Scriptores *Anglos* impenſius, quam par erat patriæ laudibus præpoſterè fauentes, Choragos habuit, ſed doctis nũquam impoſuit, qui ſciunt nullos eo æuo in Britannia Reges liberos fuiſſe, & ſui iuris præter *Scotos*, vt conſultiſſimus Baronius notat, atque adeo probabitur, eos ipſos *Scotos* CCCC. annis totis Euangelium ante vos ſuſcepiſſe, quod ego veriſſimorum hiſtoricorum fide Anglorum etiam iam firmabo; Prius tamen peregrinum lectorem admonebo inſana veſtra deliria de S. *Petri* ad vos appulſu riſum verius quam venerationem mereri. Nam & ſi ex Simeone Metaphraſte apud Surium die XXIII. Iunij clarum ſit S. *Petrum* Britanniam adijſſe, & ſi dicat S. *Innocentius* Eccleſias Occidentis à S. *Petro*, aut diſcipulis, aut ſucceſſoribus fundatas, cur Angliam potius, quã Scotiam acceſſu ſuo beaſſe cenſendum? Et quia Theodoretus in Epiſtolam ad Timotheum, & lib. IX. de curand. Græcorum affect. & in Pſalmum CXVI. dicit S. Paulum *Hiſpanias* penetraſſe, *& inſulas quæ in mari iacẽt* Idque Sophronius Hieroſolymitanus in hom. de Natalibus Apoſtolor. confirmat, idque IV. Neronis anno Arnoldus Mirmannus in Theatro conuerſionis gent. accidiſſe narrat Angli è veſtigio, excluſa Scotia, hanc ſibi gloriam vindicant. Denique cum *Symonem Chananeum*, Nicephorus Calliſtus lib. II. hiſtor. Eccleſ. cap. XL. Dorotheus in Synopſi, Baronius ad diem XXVIII. Octobris in Britannijs fuiſſe dicunt, id ſibi ſolis Angli arripiunt, quaſi diuina prouidentia illos vnicos, mel merum gentium, ſuperni ſpiritus gratia ditare voluiſſet vicinis populis præteritis. Et verò egregia ea fabula de *Ioſephi Arimathiæ* apud vos mora, Cœnobio *Glaſtonienſi* condito, vetulas decipit, non hiſtoricos, qui intelligunt nihil tam antiquę memoriæ ſine idoneis teſtibus credendũ: & Ioſephus quidẽ perpetuo carceri à Iudæis addictus, à Tito Victore dimiſſus, Hieroſolymis conſenuit, ſiue, vt ait Petrus de Natalibus lib. IV. Catalogi cap. II. *Omni vitæ tempore permanſit*. Et ſi verum eſt ipſo S. *Petro* viuente *Glaſtoniam* veſtram monaſterium fuiſſe conditũ, dicite ſub qua Regula? oſtendite ſucceſſionem autoritate antiqui alicuius ſcriptoris, non ridiculis veſtris delirijs id firmatę: nam notiſſimũ reor in Occidente SS. *Equitij*, & *Benedicti* monaſticas profeſſiones primas fuiſſe, at ſub appulſum *Ioſephi* veſtri fictitij nondũ illi nati, nec quatuor totis poſtea ſæculis, atque etiam ea monaſteria non in *Anglia*, ſed *Italia*, ſed maximè *Capraria* maris Inferi, ſeu Hetruſci Inſula. En autorem licet à ſacris Chriſtianis alienum, fidei tamen Hiſtoricæ teſtem laudatum. Is eſt Rutilius Numatianus Gallus, qui in Itinerario lib. I. hæc habet.

Proceſſu pelagi iam ſe Capraria tollit,
Squallet lucifugis inſula plena viris.
Illi ſe monachos Graio cognomine dicunt,
Quod ſoli, nullo viuere teſte, volunt.

Reliqua quia parum pia, non appono, ſed ſunt tamen refutandis anilibus veſtris fabellis, vt intelligat lector nullum in Anglia monaſterium ætate S. *Petri* conditum. Plura Ioſephus Caſtillionæus. Nec eſt quicquã quo ad affanijs illis aſſentiendum inducar, præter Eccleſiæ antiquitatem Anglicanæ, ſancto Eccleſiæ Catholicæ Decreto confirmatam, quæcunque ergo antiquitatis monimenta Angli iactant, ad Scotos ſpectant, ſalua ſemper veritate, & S. R. E definitione, ſed redeo. Anglia nondum in fidem recepta ante Pontificatum S. *Gregorij*, qui inauguratus eſt anno DXC. & anno V. ſui Pontificatus, *Mellitum Ioannem, & Auguſtinum* in Angliam ad cõuertendum infideles cum autoritate Apoſtolica direxit. Pontificale Romanum cap. LXV. Anaſtaſ. Bibliothec. in eo. *Miſit* ſupra nominatos *in prædicationem Anglorum, vt eos conuerterent ad Dominum Ieſum Chriſtum:* Eadem recentiores. Platina, Onuphrius, Frãciſcus Ioãnettus, & alij. Differentia exigua ſuper tẽpore quo illi in Angliam miſſi, quidam volũt incidiſſe eam miſſionem in annum DXCVI. In his eſt Alphonſus Ciaconius Dominicanus, alij DCI. quod cenſet Illuſtriſs. Baronius Tom. VI. Annal. pag. CXLVI. ſed facilis reconciliatio, nam bis ſanctum illud opus Pontifex ille tentauit, ſemel anno V. ineunte anno VI. Pontificatus ſui. Iterum anno XI. hoc eſt quinquennio poſt, atque ita verum erit tentatam *Anglorum* cõuerſionem anno DXC VI. abſolutã anno DCI. Mutius lib. V. de Germanorum prima origine. Freculphus part. II. Chronic. lib. V. cap. XXIV. Hæc niſi ſatis ſunt, audiẽdus ipſe *S. Gregorius* Tom. III. Concilior. general. pag. XXIX. ibi enim decretis cap. VIII. *In Anglorum* inquit *Eccleſia in qua tu ſolus Epiſcopus adhuc inueniris, ordinare Epiſcopum non niſi ſine Epiſcopis potes.* cap. I. *Anglorum Eccleſia autore Deo nuper ad fidẽ perducta.* cap. III. *Anglorum gens adhuc in fide noua.* cap. IX. *Rudis fidei Anglorum gens, &* cap. XXX. *Gens Anglorum in mundi angulo poſita in cultu lignorum, ac lapidum perfida nunc vſque remanet.* Hæc ſunt ipſius *Gregorij* verba, tu videris nunc, quam inanis ſit de *Lucio* Rege *Anglorum*, de *Petri* in *Anglia* prædicatione, *Glaſtoniæ* Cœnobij fundatione, fabula, & niſi abundè ſatisfactum tibi, adeundi Ioannes Diaconus, Leo Marſicanus lib. I. Chronic. s. Ildefonſus de vir. Illuſt. cap. II. & Epitaphium quod quia corruptum reſtituam, & apponam.

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum,
Reddere quod valeas viuificante Deo.
Spiritus aſtra petit, leti nil iura nocebunt,
Cui vitæ alterius mors magis illa via eſt.
Pontificis ſummo hoc clauduntur membra ſepulchro,
Qui innumeris vixit, ſemper vbique bonis:
Eſuriem dapibus ſuperauit, frigora veſte,
Atque animas monitis texit ab hoſte ſacris.
Implebatq́; actu, quicquid ſermone docebat,
Eſſet vt exemplum myſtica verba loquens.
Anglos ad Chriſtum vertit pietate magiſtra,
Acquirens fidei agmina gente noua.
Hic labor, hoc ſtudium, hæc tibi cura, hoc paſtor agebas,
Vt domino offerres plurima lucra gregis.
Hiſque Dei Conſul factus lætare triumphis,
Nam mercedem operum iam ſine fine tenes.

Accedit huc tabularum Dorobernenſis Eccleſiæ, quæ nunc Cantuarienſis vocatur, autoritas, in quibus nullus Antiſtes ante Auguſtinum ponitur, deſignaturque anno DXCV. argumento liquido, nec Chriſtianos antea populos eos fuiſſe, nec vlli præſuli, vt alij ſolebant Chriſtiani, paruiſſe. Hinc clarè Conradus Lichtnau Abbas Vrſpergenſis in rebus Mauritij pag. CXLVIII. Anglos exclamat ad fidem cõuerſos anno tantum DCIII. hoc eſt quo obijt S. *Gregorius*. Clarè etiam Sigebertus Gemblacenſis Chronic. ad Annum DXCIX. *Nondum verbum vitæ audierant Edilbertus Rex Anglorum qui Cantuarij vocantur, ita nec Mercij, nec gens Nordanymbrorum ſub Regibus Adilfrido, & Aelle.* Vt ſuſpicer iure in Rheginone Abbate Prumienſi mendum hæſiſſe, ille etenim Chronic. ad annum DXVI. *Gens Anglorum ad Chriſtum conuertitur.* Error ille in centum pœnè annis, qui non modo ex dictis conuincitur, ſed ex Anglis ipſis: Gulielmo Malmesburienſi qui non eſt ad manum: Matthæo Vveſtmonaſterienſi ad annum DXCVI. *Miſſus eſt ſeruus Dei Auguſtinus à Beato Papa Gregorio in Britanniam, vt Barbaræ genti Anglorum verbum Dei prædicaret, qui pagana ſuperſtitione cæcati totam Chriſtianitatem deleuerant in illa parte inſulæ quam habebant.* Longiſſima deinde narratione rem totam exequitur, vt Regem miſſi conuenerint, vt gentẽ prædicatione conuerterint, vt ſedem Metropolitanam Londino Dorobernam Rex tranſferri voluerit. Eadem Florent. Vvigornienſis eodem anno. *Gregorius*

Papa

Papa diuino admonitus inſtinctu anno aduentus Anglorum in Britanniam CXLVII. miſit ſeruum Dei Auguſtinum,& alios plures cum eo monachos Deũ timentes prædicare verbum Dei Anglorum genti, & ad annum ſequentem ſubdit, *Præfati Doctores in Britanniam venere, & Regem Cantuariorum Ethelbrightum imperij ſui anno XXXV. ad fidem Chriſti conuertere*. Hæc ſatis arbitror ad refellendas aniles de Lucio Rege fabulas, ex Gallis, Germanis, Italis, ipſis Anglis.

Sed ne tum quidem bona fide Chriſtianam *Angli* pietatem amplexi, ſiquidem,vel hæreſes ipſi excogitarunt,vel excogitatas ab alijs cupidiſſimè ſunt ſecuti, vel ad Idololatriam denuo, vt Grillus ad volutabrum prolapſi, longè hac ſaltem in parte, *Scotis* noſtris quos tantopere dedignatur Godvvinus, inferiores. Et ne criminari videar ſingula optimorum ſcriptorum teſtimonij confirmabo. Primum cum iam conſtet conuerſionem feliciter factam anno DCI. aut circiter, vt dixi, diu illi poſtea in Idolorum cultu hærebant obſtinati,à quo vix auelli potuerunt,donec *omnia Idola* forent *comminuta*, quod non niſi DXL. anno demum eſt factum,vel Beda teſte lib.III.hiſt. Eccleſiaſt. gent.Anglor. cap. V. & cap. VIII. vt alios taceam.

Hæc ſunt illa tempora quibus Angli Aremoricos in Francia omni niſu à Religionis Chriſtianæ ſtudio deterrebant, quod Venantio Fortunato liquet autore.

Iam verò hanc ipſam quam profeſſi erant doctrinam Chriſtianam,ita hæreſeos variæ labe commacularunt, vt erubeſcere debeat Godvvinus *Scotos* in hoc certamen prouocare, nam quis neſcit *Pelagium* illud *Britanniæ monſtrum*, vt vocat D.Hieronymus, Anglici ſanguinis fuiſſe, adi ad lib.XV.de ſcriptoribus Scotis in S. *Palladius*,& *Pelagius*.

Nefaria fuit ſanè Pelagianæ impietatis perfidia, ſed à Scotis illa Doctoribus præſertim SS. *Palladio*, & *Patricio*, alijsque gentis noſtræ viris non minus pijs, quam doctis debellata, & ſenſim extincta, altera peſtis ſuppullulauit deterior, *Eunitarum hæreſis*, vt ſcribit Anonymus Monachus in Auctuario Gemblacenſi ad annum MCXLVI. & ad hanc quoque extirpandam piè fideliterq. Doctores *Scoti* adſudarunt.

Fuit & *Ioannes Vuiclefus* pernicioſiſſimi dogmatis inuentor impius, gente *Anglus* ſuamque patriam ita infecit, vt opus eſſet Concilio Conſtantienſi ad hæreſim illam damnandam MCCCLXX. vt in Tom.IV. Concilior.General. liquet, pag. CCCI. & in bulla de Cœna Domini. Ioannes Nider lib.III. form. Ab hoc Hieronymus Pragenſis venenum

hauſit, & totum orbem infeciſſet, niſi ſancta Eccleſia obuiam flagitioſis iuiſſet, damnata autorum memoria, librisq. Vviclefi pluſquam ducentis exuſtis, Bernard. Lutzemburg in Catalogo Hæreticor. Sebaſtian. Medices, & alij. Hanc peſtem Lollardorum infectio ſecuta longè lateq. graſſata, non niſi armis Regis opprimi potuit. T. Vvalſing. Hypodig. Neuſt. pag. DLXXVIII. accidit ea pugna anno MCCCCXIV.

Atque hi quidem literati, quid Reges ipſi? an forte feruentiori ſtudio rem Chriſtianam complectuntur, quam principes noſtri *Scoti?* non cenſeo: & en Exemplum. *Richardus Rex Angliæ,* ait Anonymus Monachus Auctar. Aquicinctin. ad annum MCXCII. *in fauorem Turcarum Aſcalonem diruit auro à Saladino accepto,* ſed me contineo. Et verò quoties ſancti Antiſtites Angli exilio à rege proſcripti? morte multati? in Scotia nihil tale, nec tam pernicioſi exempli.

Angli per Scotos ad fidem conuerſi, ab ijs Doctores accipiebant à quibus erudirentur, & baptizarentur, primiq; Anglorum Epiſcopi Scoti. *Cap. VIII.*

IVſta arma laceſſitus induo, nec iam amplius *Ioſephi Arimathiæ* commentum licet Ioannes Capgrauius, & Nicolaus Sanderus fremant, quicquam proderit, nec anceps illa, & anxia perplexaque de *Lucio* Rege fabula te mihi, Godvvine eripiet. *Habes*, vt in veteri eſt formula, & *teneris:* nam tantum abeſſe vt nobis in ſuſcipienda fide prçſtantiori ſitis conditione, quin eam à *Scotis* maiores tuos accepiſſe demonſtrabo, nec alijs vtar ad id probandum quam Anglis. *Ceadualla Angliæ Rex dignè à Scotis in fidei rebus inſtructus Romam perrexit vt baptizaretur.* S. Beda lib. V. hiſt. Eccleſiaſt. Gent. Anglor. cap. VII. Et *Reges Angliæ cupidi ſalutis æternæ Legatos ad Eugenium IV. Scotorum Regem miſerunt, vt ille dignaretur viros idoneos mittere per quos illi Chriſtianæ fidei rudimenta docerentur, & ſacro baptiſmatis fonte ablueerentur, quod ille haud grauatè indulſit.* Polydor. Vergil. lib. IV. hiſtor. Angl. pag. LXXVII. non ſuſpectus teſtis. Accidit id anno DCXX.

Non modo Reges edocti fidem à *Scotis*, ſed & integræ prouinciæ ijſdē autoribus ad fidem deductæ, Epiſcopis in *Scotia* ordinatis qui myſteria ſacra in *Anglia* docerent populoque Eccleſiaſtica diſciplina præeſſent. Matthæus Vveſtmonaſt. ad annum DCXLIX. *Rex Osvvius à Finnano*

Epiſcopo

Epiſcopo baptizatus eſt. Deinde narrat quomodo *Cedda* ad Orientales Saxones conuertendos à Sigeberto Rege miſſus ſit. Apud eundem *Penda* Merciorum Rex ab eodem *Finnano* baptizatur anno DCL. Clarius Florent. Vvigornienſ. anno DCLIII. *Mediterranei Angli ſub Penda principe filio Pendæ Regis Merciorum fidem, & ſacramenta Chriſti perceperunt ipſo principe primitus à Finnano Epiſcopo apud Regem Osvvium in Northumbria cum omnibus qui ſecum venerant baptizato: poſtmodum verò eo domum reuerſo cæteris de ſua gente baptizatis à presbyteris Cedda, Adda, Betta, & Duina quos ſecum ex præfata adduxerat prouincia*. Et ad annum DCLV. Idem *primus Epiſcopus in prouincia Merciorum, Lindisfarorum, & Mediterraneorum, Anglorum, eſt Diuina ſecũdus Ceollach de genere Scotorũ.* Eadem Beda vide lib. I. de ſcriptor. Scot. in *Aidano*, in *Adda*. lib. II. in *Betta*. lib. III. in *Cedda*, in *Cellach*. lib. IV. in *Duina*. lib. VI. in *Finnano*, & alijs. Et Beda non vno loco diſertè iſtas Eccleſias *Scoticas* vocat, quia à *Scotis* erectas, nam in *Scotia* moris ea ætate fuit ordinare Epiſcopum, ordinatum ad ſuam in Anglia Eccleſiam regendam deſtinare. Certè tantum iuris in has prouincias Scoti obtinuerunt, vt S. Gregorius, S. Auguſtinum cũ autoritate Apoſtolica in Angliam mittẽs, in Nordanymbros ius illi non cõceſſerit, Malmesbur. lib. II. geſt. pont. Anglor. pag. CXLIII. quia ſcilicet Eccleſia illa Scotis parebat. Vt omittam multarũ in *Anglia* Eccleſiarũ tabulas primos Epiſcopos *Scotos* agnoſcere, quod fatetur ipſe Franciſcus Godvvinus. Ergo *Scoti nunc non pars veſtri hanc vobis gloriã præripient, aut verius indulgebunt*. Agnoſce lubens, & lætus beneficium, nec detrahe *Scotis*, per quorum ſalutaria miniſteria Chriſtiani eſtis, qui, vt ſemel dicam, quod ſine oſtentatione ſit acceptum, in nulla vnquam re *Anglis* inferiores, in hoc, vt minus, ſuperiores fuimus. Egregia certè nuper laborum præmia à vobis conſecuti, hæreſim teterrimam quæ, proh pudor! non contagio Anglicanæ viciniæ, ſed & miniſtris Anglicanis, auro Anglicano, fraude factionis Anglicanæ mentes popularium heu! meorum incautas oppreſſit, & longè lateq. furentis inſtar flammæ ſe diffudit, ac victrix eſt peruagata. Id qua ratione acciderit, breui aperiam ne tanti flagitij ortus lateat.

Sub annum MDLVIII. Pijſſima fœmina *Maria Iacobi* V. Vidua *Scotorum* Regina, & Regni adminiſtrator *Metellanum Lidintonium* ſcrinijs Præfectum, quem Secretarium vocant, in Angliam Oratoris titulo ablegauit, quo in aula ea agente, *Maria* Angliæ Regina ſanctiſſimis moribus fœmina obijt, cui *Elizabetha*, *Annæ Bolenæ* filia, & ſoror, ſucceſſit,

fœmina

fœmina fidei, & pietatis diſpendio nata, Furiarum quarta, ab *Henrico* VIII. publico pridem Regni Comitiorum Decreto excluſa. Illa relegatos à deceſſore hæreticos cupidiſſimè reuocauit, & vt *Scotiam* infuneſtiſſimam fouendæ impietatis ſocietatem alliceret, perſuaſit *Lidintonio*, ſe filium Ducis *Hamiltonij* in Gallijs agentem, Comitem *Arraniæ*, in maritum accepturam, modo Dux, qui præcipua tum autoritate erat, *filium ſuum è Gallijs domum reuocaret, Gallica præſidia Scotia exterminaret, innouandæ religioni ſtuderet*, quod pernicioſum machinamentum improbæ fidei *Lidintonus* clam Regina cum Duce cõmunicauit. Interim *Randelius* Anglus *Scotiam*, per limitem occidentalem, ingreſſus, *Hamiltoniam* ductus, diu ibi rebus tractandis latuit, & mandata preceſq. *Elizabethæ*, ita expoſuit vt Dux honorifico nuptiarum filio *Arranio* promiſſarum titulo illectus, ac ſpe vtroque regno potiundi furenter ductus, perduellium cùm amicorum, & clientum conſilio communicauit, ac paulopoſt arma nefaria in Deum, & Principem ſuſtulit: hoc vos beneficium *Angli* in *Scotos* olim contuliſtis. Sed ego in orbitam me cogo.

Scotorum in pietatem ardor, ac ſanctitas, Scholæ eorum vicinis populis cum fructu apertæ peregrinandi vehemens ſtudium.
Cap. IX.

INcredibile dictu eſt quanto feruore ad fidem conuerſi *Scoti* in veræ pietatis officia incubuerint. Scriptorum verba ſunt digna quæ proferantur, ne nos præpoſtero laudandæ patriæ ſtudio nimium propenſi videamur. Itaque S.Ionas Abbas in vita S.Columbani cap.II.quæ malè antea Bedæ cenſebatur opus, ſic ibi. *Inſulæ huius ſitus, vt ferunt amænus eſt, & immunis ab armis, & bellis exterarum nationum: Scotorum gens incolit quamquam cæterarum gentium legibus carens attamen Chriſtianæ religionis dogmate florens, ita vt omnium vicinarum gentium fidem excellat.* Anonymus autor MS. quem publicauit Laurent. Surius Tom. III. die VIII. Maij. *Scotia fertilis Sanctorum, & ſtellarum numerum prope æquans Sanctorum* patrocinijs. vterque inſulam vocat, cum ſit inſulę tantum Britanniæ pars. Anonymus alius apud eundem Surium Tom. V. die XXII. Octob. publicatus ex Bibliotheca S.Mononis in Dięceſi Leodienſi. *Scotia multos Sanctorum velut ſtellas luci pluas ad diuerſas mundi tranſmiſit partes.* Addenda auctoritas Theodorici Abbatis S.Trudonis in vita S.

Rumoldi. *Nouit hoc alter pæne orbis Britannia cum adiacente Scotia*, Romano ſcribentium more qui *Britanniam* pro *Anglia* vſurpabant,& *Scotiam* extra *Britanniam*, ſcilicet à Romanis cognitam,& poſſeſſam,ponebant, *qui ſtatim vt ab illius æternitatis ſole tacti ſunt, illi ſub vmbra eius quem deſiderabant requieſcere, iſti ad ardorem vſque martyrij feſtinauerunt incaleſcere,& ſtridentia anhelantiaq; verba in dulce Crucis melos didicerũt infringere. Vnde autem hoc tàm latè diffuſum germinarium, niſi quia in eorum cordibus coaluerunt Ieſu Chriſti amor,& deſiderium? Aſſentit in hoc Herbipolis glorioſa martyris Kiliani meritis,& corpore, nec minus prona ſanctorum Scotorum talium, ac tantorum glorioſa veneratione, Columbanus Italiam, Vvinocus,& Bertinus illuſtrant Occidentalem Galliam*. Præclara ſanè elogia.

Non hæc illi pietatis officia ſoli exercebant, ſed & ſcholas vicinis gentibus cum ſanctitatis, & eruditionis optimo fructu ſtudioſi aperiebant. Beat. Marcellin. in vita S. Svviberti cap. III. die I. Martij apud Surium. *Audierat quod in prouincia Lindiſſæ eſſet monaſterium Scotorum Bearnenſe, cui præfuit Abbas Higbaldus vir mãſuetiſſimus,& ſanctiſſimus, in quo multi ſancti Patres ex Hibernia, Scotia, Anglia regulari inſtitutione inſignes pietatis,& charitatis opera obſeruarent*. Et ne dubites vera eſſe quæ dicuntur, patebit fuſius. *Omnes nobiles Anglos in Scotorum monaſterijs blandè receptos, liberaliter nutritos, ſtudioſè, pieq; edoctos*. Beda lib. III. Hiſt. Eccl. gent. Angl. cap. XXVII. idque factum ſtatim poſt conuerſionem eorum ad fidem hoc eſt anno DCIV.

Locus pietatis docendæ in inſulis plerumque erant monaſteria, puto quò facilior aduenis occurſus pateret, quare *Adilfridus Rex Anglorum in inſulis Scotorum operam dedit, & ſacras literas didicit ob amorem ſapientiæ exilium paſſus*. Autore ipſo Beda lib. de vita S. Cuthberti cap. XXIV. inde effectum eſt, vt omnes bonæ artes, & liberales ſcientiæ humanæ diuinæq. diſciplinę monaſteriorum ſeptis continerentur, ſoliq; earum profeſſores monachi eſsẽt, à quibus arcana omnia eruditionis in vulgus exirent, vt mille annis,& amplius apud noſtrates nemo, aut doceret, aut ſcriberet niſi, vel monachus, vel à monachis edoctus, id apud alias gentes inualuiſſe ab alijs obſeruatum. Immenſa hæc, & numquam intermiſſa coniunctæ pietati doctrinæ exercitatio effecit, vt nõ ſibi tantum, ſed toti orbi natos ſe Scoti exiſtimarent,& ob id peregrinationes,& piè ſuſcipiebant, & laborioſè obibant. Sigebert. Gemblacen. ad annum DCLI: *multi de Anglia, vel Scotia in Gallijs peregrinantes verbum Dei ſeminabant, mul-*

multumq́ fructum Deo faciebant, ſcilicet Etto, Bertuinus, Eloquius. Sufficerent hæc quidem ad probandum feruentiſſimos priſcorum affectus, & ardentiſſimos Chriſtianæ cauſæ promouendæ igniculos, quibus, vt papilio, ſæpe ipſi in cineres reſoluti, niſi & euidentiora eſſent exhibenda. Vvallafrid. Strabus Abbas Augienſis lib. II. vitæ S. Galli cap. XL. *Nuper quoque de natione Scotorum quibus conſuetudo peregrinandi iam pœnè in naturam conuerſa eſt, quidam aduenientes, vnum è ſuis conuiatoribus multiplici peſte poſſeſſum in eodem monaſterio dimiſerunt.* Erant hæ peregrinationes ſolo diuini cultus amore ſuſceptæ, ac ſumma paupertate peractæ, cum neque pecuniarum, nec Equorum, nec armorum quicquam geſtari ſoleret, ſed in viæ omne præſidium *baculus ſuperiori parte incuruus* ferebatur in quo illi, vel ſacram Euchariſtiam (quam in primitiua Eccleſia domi habere, ac circumferre in viæ ſubſidium donec Concilio vetaretur moris erat, vt notat Baronius ad XV. Aug. in Martyrolog.) aut Sanctorum reliquias incluſas ſecum portabant. ſed & pannos ſericos habebant quibus corpora Sanctorum, aut reliquias inuoluerent, quos *Brandeum* vocabant Scotico lib. IV. cap. LX. ſed & corpora ſepelienda Sanctorum *Brandeo* inuoluebant Flodoard. hiſt. Remen. cap. XX. & XXI. S. Gregor. lib. III. Epiſt. XXX. idque conciliorum decretis cautum. Hincmar. in vit. S. Remigij, imò & veſtes velaque priuatorum deuotionis ergo imponebantur Sanctorum ſepulchris Gregor. Turon. lib. I. Mirac. cap. XXVIII. ſed ad Scotos peregrinantes redeo. Hos poſteri *baculos, ære, argento, aut auro contectos* religioſiſſime ſeruabant *iuramenta per eos, & ſacramenta concipientes*, latè Silueſter Giraldus Topograph. Hibern. cap. XXXIII. Alluſit Alcuinus Scotus lib. II. de vita S. Vvillibrordi Scoti.

Tollitur & ſæuo quædam Crux aurea furto:
Quam Chriſti famulus ſecum portare ſolebat,
Dum pius egit iter Chriſto comitante viator
Relliquias propter multas.

Caue tamen baculos hos Monachorum, aut aliorum Sanctorum peregrinantium cum Epiſcopali baculo quod Pedum dicunt, confundas; hoc valdè veteri vſu in Eccleſia dicebatur *Cabuta*, Teſtamentum S. Remigij apud Flodoard. lib. I. hiſt. Remen. cap. XVIII. vel *Cambuta*, vt legit Barnabas Briſſonius lib. VII. formular. Hinc *Cambucam Pontificalem* vocat Petrus Comeſtor in hiſt. Exodi cap. III. & Gulielmus Durantius Præſes, & Princeps Toloſani Senatus in Pontificali MS part. II. *Faciat Crucem cum Cambuca in limine ſuperiore*, pro quo Pontificale Romanum

vbi de Conſecratione Eccleſiæ *faciat Crucem cum baculo Paſtorali*, quod obſeruatum vidi ab eruditiſſimo Georgio Coluenereo Theologo. Porrò Scoti noſtri tenui, & paupere in baculis iſtis vtebantur materia: nam S. Burchardus Scotus *virgam Sambuceam* gerebat, vitâ eius in Surio Tom. V.lib.II.cap.I.

Neque verò Monachi, Clerici, aut Sancti Patres iſti iniuſſu ſuperiorum peregrinabantur, lege enim Eccleſiaſtica, & vetuſtiſſima conſtitutione cautum, *ne ſine formata quiſpiam Diœceſeos ſuæ limites egrederetur*. Hoc Decretum *Culdæorum* fuit ſub annũ DXC. vt à Magno Maculloch in addit.ad Scotichron.obſeruatũ,& repetit Synodus Perthana ſub Iacobo S.Victoris Canonico Scotię,& Hibernię Legato anno MCCXXI. Scotichron.lib.IX.cap.XXXVII. Statutum Huberti Archiepiſcopi Cãtuarienſis *grauem pœnam minatur Clerico extra Eccleſiam deprehenſo ſine dimiſſorijs*. Lanfranci Cantuarienſis eadem cõſtitutio apud Malmesbur. lib.I.pag.CXVII. Sed longè antiquior ea conſuetudo, vt ex Synodo Chalcedonenſi patet cap. XIII. conſentit Synodus VI. in Trullo cap. XVII.Synodus Agathenſis cap.XXXIIX.Synodus Epamiẽſis cap.VI. Burchardus lib.II. Decret. cap.CXXXVII. & CXLI. *Commendatitias* vocat has literas Synodus Agathenſis ſupra laudata, *Culdæorum* lex *formatas*, quia ſub vna certa lege, verborumque pari contextu cõcipiebantur, vt Sueton.in Domiti.cap.XIII. *Epiſtolam formalem* vocat, vel quia forma earum,& perfectio *à ſigillo, & nomine Epiſcopi plumbo impreſſo* continebatur, vt in Synodo Cabillonenſi cap.XLI. Eruditiſſimus Iacobus Sirmondus notis ad Goffredum Vindocinenſem. Optatus Mileuitanus lib.I. *Totus orbis commercio formatarum*, ait Syricius Põtifex *in vna communi ſocietate concordat*. Vigilius PP. Epiſt.VII. *formatam veſtræ charitatis acceperit*. Nec tantum clerici eas ab Epiſcopo accipiebant, ſed Epiſcopi ipſi à Metropolitanis ſuis eas obtinebant, ideo Hincmarus Remen. obijcit Hincmaro Laudunenſi nepoti ſuo, ſæpè eum ſine Metropolitę ſui epiſtola extra Diœceſim profectũ. Verba ſunt apud Flodoard. lib.III.hiſt.Remen.cap.XXII. *Sollicitudine diligentiori curandum eſt, ne præter Metropolitanorum literas ſuorum aliqui Epiſcopi ad quamlibet prouinciam audeant proficiſci*. Multorum hoc Pontificum ſanctionibus firmatum eſt Hilarij epiſt.VIII. Zoſimi epiſt. IX. Gregorij lib.IV. epiſt. LI. Sed ad Scotos regredior qui piè peregrinando omnes Chriſtiani orbis prouincias luſtrabant, pietatis documẽtis erudiebant, vt infra hoc opere diſcutio. Iniurius eſt Theodoricus à Niem prophanus, & damnatæ me-

moriæ

moriȩ ſcriptor qui in ſchiſmate *Scotos* illos peregrinari ſolitos impoſtores vocat: ſed qui ipſos ſanctiſſimos Chriſti Vicarios ſugillare eſt auſus cui parcet? & hi ſanè, ſi vlli tales, Hiberni erant, Scotorum, vt ſolent, nomen mentiti. Docui in Mendicabulis repreſſis.

CVIII. Gentes ad fidem Chriſtianam per Scotos olim conuerſæ autoritate Apoſtolica. Cap. X.

INgens hoc *Scotorum* patria peregrinationis ergo exeuntium agmen, aut verius examen, quotidie effundebatur, ſed ſubinde ijs erant varij animi, variæque cogitationes, nonnulli enim religioſam vitam procul à patria colere exoptabant, & Eremiticæ, aut Anachoreticæ meditationi ſe dantes, ſuæ tantum ſalutis cupidi, aliorum inſtitutionem negligebāt, nonnulli Ethnicorum miſerti, ad eorum conuerſionem ſe ſuaque ſtudia omnia dirigebant, vnde effectum, vt nulla ſub cœlo gens à qua plures populi edocti, veritatis fontem hauſerunt; Et ne lector dubitare poſſit, Scotos variarum nationū Apoſtolos ex opere meo de ſcriptoribus Scotis ſelectos apponam, probationes eò loci pete.

Ex Lib. I.

Belgij S. Abel Anno DCCLXIV. Tabula Archiepiſcoporum Remenſ.
Merciorum Apoſtolus B. Adda. DCLIII. Vvigornien. ad annum DCLIII.
Franconiæ S. Adelarius. DCCLIV. Scotichron.
Galliarum S. Authodus. DCLI. Tabul. Lugduni Clauati.
Thuringiorum S. Albuinus. DCLXX. Vvion. lib. II. cap. XLII. Trithemius lib. IV. cap. CXC.
Sclauorum S. Adalbertus. DCCLV. Scotichron.
Saxonum S. Adhelmus. DCXCIV. Hiſtor. Scot.
Nordanymbrorum S. Aidanus. DCLI. Polydor. lib. V. pag. CV. Franc. Godvvin. pag. XCI.
Belgij S. Adalgiſus. DLI. Additiones Sigeberti.
Pictorum S. Amphibalus. CCCXXII. Boethius lib. VI. pag. XCIIX.
Gualliæ ſeu Vualliæ S. Aſaphus. DCCL. Poſſeuin. Baron. Godvvin. Vvion. lib. III. pag. CLI.
Montanæ Scotiæ S. Amphibalus. CCXXI. Turgot.

Eiuſdem

Eiuſdem Regionis Ambianus. Eodem. Ibidem.
Mortnorum S. Arnual. DCXCIV. Trithem.lib.I.Compend.Annal.

Ex Lib. II.

Heluetiorum S.Beatus. S.Petri diſcipulus. CX. Cratepolius pag. XXI. Hiſt. Scot.
Francorum Occidentalium S.Bertinus. DCXCVIII. Theodorus Abbas S.Trudonis in vita *S.Rumoldi.*
Islandiæ S.Buo. DCCCXC. Arngrin Ionas in Hiſt.patria.
Orcadum S.Brendanus. DCXII. Sigebertus. Adamannus lib.III.cap.III.
Eorundem Gallorum S.Bertuinus. DCLI. Sigeb. eo anno.
Merciorum B.Betta. DCLIII. Vvigornienſ.pag.DLX.
Friſiorum S.Bonifacius. DCCLV. Trithemius,Platus, Bulla S.Zachariæ PP. apud Marianum Scotum ad Annum DCCXLIII.

Ex Lib. III.

Attrebatenſium S.Chillenus. DCXL. vita S.Pharonis apud Surium.Ioan. Maior.Vuion.
Scotorum Silueſtrium S.Calanus. CCCLVIII. Boeth.
Anglorum S.Cedda. DCLXXI. S. Beda lib.III.cap.XXV. Vveſtmonaſterien. ad annum DCLVIII. Godvvin.
Monæ Inſulæ, & Pictorum S. Cibtacus. DCXL. Vvionen. lib. III. pag. CCCCXII.
Northumbriæ S.Colmannus. DCLXXX. Beda, Vveſtmonaſt. Godvvin. Lesleus. Boeth.Maior. lib.II. cap.XI.
Franconiæ S.Colmannus. DCXCVII. vita S.Kiliani. Martyrologia ad IIX. Iulij.
Eiuſdem S.Colonatus. eodem Galeſin.
Auſtriæ s.Colmannus. MXII. Surius, Baron.Cuſpin.Stabius.Lazius.oẽs.
Burgundiorum s.Columbanus. DXXX. Vvarnefrid. lib. IV. Hiſt. Longobar. cap.XLIII.
Anglorum s.Cormanus. DCXXX. Polydor. lib.IV. pag. LXXXI. Godvvin.pag.XCI. Vvigornienſ. Beda. omnes.
Verdenſis Ceuilo. DCCCXXXVI. Krantz. lib.II.cap.XXX.
Orcadum s.Colmus. MX. Annal. Scot.

Ex

Ex Lib. IV.

Vvallorum S.Dauid Meneuenſis. DCI. Alexand.Millus.
Orientalis Franciæ S.Donatus. DCLXXXIX. vita S.Keliani Tom.IV.Antiquar.lect. pag. DCXLIII.
Anglorum S.Dvvina. DCLIII. Vuion.lib.II.cap.XLVI.Godvvin. pag.CCCLXIII. Beda lib.III. cap.XIX.
Trebetenſium B.Doban. DCCLI. Demochar.

Ex Lib. V.

Bauariæ S.Eberardus. DCLXXV. Cratep. pag.LII.
Friſonum S.Egbertus. DCCXXIX. Beda lib.III.cap.IV. vita *S.Adalberti* cap.I.apud Surium.
Islandiæ S. Ernulphus. DCCCXC. Arngrin Ionas.
Herbipolenſium S. Ervvaldus. DCLXXX.Trithem. lib.III. cap.CXLV.
Francorum S.Eloquius. DCLI. Sigebert.
Verdenſis S. Erlulphus. DCCCXXXIX. Krantz.
Tulienſium S.Eliſius Regis filius. CCCL. Cratepol. pag.LII.
Francorum S.Etto. DCL.Sigebert.

Ex Lib. VI.

Gallorum S.Firminus. CCC. Scotichron. Conſtant.Ghin.
Anglorum S. Finnanus. DCLXI. Vveſtmonaſt. Vvigorn.Demochar.lib.III.cap.XV.
Picardorum Foillanus. DCL. Trithemius lib.III. cap LXXXIX.
Gallorum S.Fridolinus Regis filius. DLX. Vuion. lib.III. pag.LXIX.
Belgij S.Fridegandis. DCL. Miræus.
Morinorum S.Furſeus. DCXCVII. Sigeb.Baron.

Ex Lib. VII.

Franconiæ S. Gallo. DCXCVII. Tom.IV.Antiquar.lection. pag.DCXLIII.
Ratiſponenſium Gailbaldus. DCCLXXX. Trithem.lib.IV. cap.CCXX.
Heluetiorum S.Gallus. DCXL. Demochares Serius Poſſeuinus. omnes.
Boiorum S.Giſibarius. DCXXX. Vita Sancti Rudberti.
Aremoricorum S Golueneus. DCVI. Tabul.Leonenſ.
Flandrorum S.Gualaferus. DCCLXXIX. Demins.
Lotharingiæ S.Guthagonus. CCXC. Meyer.
Eiuſdem S.Guidulphus. Ibidem.

Ex Lib. VIII.

Verdenſium S.Harruchus. DCCCXXXI. Burſch.Krantz.
Treuirenſium S.Hildulfus. DCLXXI. Surius tom.VI. die VII. Nou.
Vvallenſium Heruæus. MX. Malmesbur.
Auſtraſiorum S.Herebertus. DCCLXXX. Trithem.
Cimbrorum S.Hiero. DCCCLVIII. Ghin. Molanus, & Vuion.

Ex Lib. IX.

Bauariæ S.Ioannes. DCCLXXI. Trithem. lib.IV. cap.CV.
Verdenſis S.Iſengerus. DCCCXXX. Krantz.
Gallorum S.Iudocus, DCLIII. Boet.Pref.hiſt.

Ex Lib. X.

Flandriæ S.Kilianus. DCXXIX. Vita S.Liuini. Haræus.
Franciæ Orientalis S.Kilianus. DCXII. Sigebert. Marian. Surius, Vuion.
Athalorum, Horeſtorum, Noruegiæ, Islandiæ, aliarum S.Kentigernus. DLX. Vuion. lib.III. pag.XIX.
Germanorum S.Kundakarus. DCCLV. Othlon.Fuldenſ.vita Sancti *Bonifatij* lib.II. pag.CCCCLXI.

Ex Lib. XI.

Hibernorum S.Lupita, Soror, S.Patricij. CCCCXCII. Vita eius.
Gandenſium S.Leuinus. DCXXXIII. Chronic.Cameracenſ. lib.XIII.

Ex Lib. XII.

Auſtraſiæ S.Macra. CCC. Veremundi Hiſt.
Inſularum, Orcadum, Achmodum, Hebudum, & aliarum, quæ circa Scotiam vndecunque iacent S.Machutes. DLXIII. Vita S Brandani.
Galliæ S. Manſuetus S. Petri diſcipulus. LXII. Eiſingrin. Rozier. Democh. lib. II. cap.XXXIII.
Rhotomagenſium S. Mellanius Probus. CCLX. Vincent. Ghin. Poſſeuinus pagina CCCCXXXIII. Vita Stephani I.

Ex lib. XIII.

Inſularum earundem S.Nennius. DCXX. Beda.

Picto-

Pictorum S.Ninianus. CCCCXXXII. Beda, Molan.

Ex Lib. XIV.

Rhodæ S. Odda. DCC. Molan. Ghin.
Bauarorum, aliorumq́; Germaniæ populorum, & Galliæ S.Otgerus DCCLVII. Miræus cap.LVIII. Colleg.
Hiberniæ S.Odoramnus. DXIX. Iocelin. Mellus.

Ex Lib. XV.

Hibernorum S. Patricius. CCCCLXXVIII. omnes.
Apennicolarum S. Peregrinus. CCCCLXIV. Franciott. Razzius vita.

Ex Lib. XVI.

Northumbriæ S. Romanus. DCLI. Beda lib.III. cap.XXV.
Verdenſis S. Rortila. DCCCXXIX. Suffrid. Petri.
Bauariæ S. Rudbertus. DCXXIII. Demochar. vita cap.I. Velſerus.
Machlinienſium S. Rumoldus. DCCLXXVII. Sur.tom.VII. Theodoricus. Galeſinius. Molanus. Chriſtian. Maſſæus. Miræus. Geograph. Eccleſiaſt.

Ex Lib. XVII.

Nannetenſium S. Similianus. DC. Hiſt. Scot.
Verdenſis S. Suibertus. DCCC. Krantz, Belforeſt.
Orcadum, Hebridum S. Seruanus. CCCCXL. Beda.
Eorundem S. Serfus. CCXCIII. Breuiaria Scotica.

Ex Lib. XVIII.

Franconiæ S. Totnanus. DCXCVII. Martyrolog. ad IIX. Iul.
Pictorum S. Trumvvinus. DCLXXX. Trithem. lib.IV. cap.CCLXVII.
Leichfeldenſium S. Trumberus. DCC. Vveſtmonaſt. Vvigorn. Godvvin. pagina CCCLXIII.
Bohæmorum S. Trudbertus. DXCI. Vita S. *Rudberti* apud Caniſium.
Inſularum Scoticarum, Danicarum, Belgicarum, & aliarum S. Ternanus. CCCCXL. Trithem.
Herbipolenſium S. Tolmannus. DCLXXXIX. Vita S. Kiliani.
Anglorum S. Tuda. DCLXIV. Vvigorn. Vveſtmonaſt. Godvvin.
Eorundem S. Theodorus. DCL. Poſſeuin.

Ex Lib. XIX.

Hannoniæ S. Vvaſnulphus. DCLI. Molanus, & Miræus.
Heidenheimenſium S. Uvalpurga. DCXL. Vita S. Rudberti.
Germanorum S. Uvendelinus. DCCXXX. Trithem. Vuion. Molan.
Couentriæ S Uvinfredus. DCLXXIII. Godvvin. Beda lib. IV. cap. III.
Friſonum, Saxonum, & maximè Eiſtetenſium, aliorumq; Germaniæ populorum S. Uvillibaldus. DCCLV. Herman. Contract. Baron. Molan. Trithem.
Vindelicorum S Vvnibaldus. DCCXL. Iidem.
Auſtraſiæ S. Vltanus. DCXCIV. Trithem. Molan. ad Vſuard. die V. Maij.
Lenſienſium S. Vvlganius. DLXXII. Acta Lenſienſia Ghin. Falſus Ferreolus Locrius.
Friſonum S. Uvillibrordus. DCXCIV. Rixfridus, Sigebert. Boeth.

Hæc paucula in certiſſimum pietatis maiorum noſtrorum argumentum adnotabam, cui & illud adde DCXXXVII. Sanctorum memoriam à me collectam, eo quod laudaui iam opere, haud mediocrem Scotiæ priſcæ honorem adferre.

Monaſteria C IIX. in varijs extra Scotiam Prouincijs à Scotis olim condita, & poſſeſſa. *Cap. XI.*

NOn parùm ſolidæ gloriæ noſtrates quondam conſequuti, dum peregrinationum ſuarum æterna monimenta, & quaſi trophęa conſtituentes frequentiſſimos religioſorum hominum conuentus, pietate duce, in vnum coegerunt, monaſteriaque celebria Principum piorum munificentia, nam ipſi in ſumma paupertate gloriabantur, erigere curarunt, quorum nomenclaturam extrà Scotiam, ſi placet, ex eodem meo de Scriptoribus Scotis opere accipe, teſtimonia inde repete.

Ex Lib. I.

Erfordenſe S. Adelarius. Supra.
Feſulanum condidit S. Andreas Archidiaconus. anno DCCC. Franciſcus Diacettus, Siluan. Razz. Franciott.
Coludium S. Adamannus. DCCLXX. Platus lib. II. cap. XXX.
Pragenſe S. Adalbertus. DCLXIX. Supra.
Altomunſter S. Altho in Germania. DCCLIX. Thadeus in hiſtoria. Hundius.

Ex

Ex Lib. II.

Fuldenſe S. Bonifacius. DCCLV. Marian. ad annum DCCCCXXXVII.
In Inſulis S. Brendanus. Supra. Petr. Catalogi lib. V. cap. CXVII.
In Islandia S. Buo Supra. Nauig. Anglic.
Sithienſe S. Bertinus. DCXCVIII. Theodoricus in S. Rumoldi vita.
Liſmorenſe in Hibernia S. Bathenus. DCVI. S. Notkerus Balbulus Martyrolog. V. Iunij. Vuion. Adamann.

Ex Lib. III.

Northumbranum S. Cedda DCLXXI. Supra.
Herbipolenſe in popularium ſuorum gratiam S. Chriſtianus. MCLXXIX, Lazius Trithem.
Luxouium in Bargundia S. Columbanus. DCXC.
Bobium in Italia. Idem Vuion. lib. II. cap. LIV.
Benchoram in Hibernia S. Congellus. DLVII. S. *Adamannus*. lib. I. cap. XXXI.

Ex Lib. IV.

XII. In Vuallia fundat cænobia S. Dauid. Supra.
Boſanham in Anglia S. Dicullus. DCLXXXIX. Beda lib. III. cap. XXIIX.
Meneuenſe idem S. Dauid. DXXII. Supra.

Ex Lib. V.

Mailroſiæ S. Eata. DCLXXXVI. Vveſtmonaſt. Vvigorn. Godvvin. pag. XCIV.
Monaſterium illuſtre incerti nominis in Francia S. Etto. DCLI. notæ in Iuonem Carnotenſem.
Valciodorum in Belgio S. Eloquius. DCLI. Trithem.
Numbergenſe S. Erentrudis. Soror S. *Rudberti*. Supra.

Ex Lib. VI.

Chaobbesburg. S. Furſæus. DCL. Supra.
Foſſenſe S. Foillanus. DCL. Supra.
Monaſterium celebre in Pictauia S. Fridolinus cognomento Viator Regis filius CCCCXCV. Supra.
Monaſterium ad Moſellam. Idem.
In Voſagi cacumine. Idem.
Argentinenſe. Idem.

Curiæ Rhætiorum. Idem.
In Burgundia. Idem.
Augiam. Idem.
Seckingenſe. Idem.
Balgicum S. Fridegandis Miræus ſupra.
Latiniacum S. Furſæus. DCLII. Supra. Acta illius loci.
Peronam. Idem.
In Campania S. Florentius Regis filius. Vita ipſius XIX. capitibus comprehenſa.
Meldenſe S. Fiacrius Regis filius. DCXXXII. Surius. Felic. Vuion. Moſander.

Ex Lib. VII.

Ticinenſe S. Guniforti conditum CCCCXX. Iacobus Gualla Sanctuario Papiæ.
Comenſe S. Gunibaldo poſitum. Is fuit S. *Gunifortis* frater. Tabulæ Comenſes.
Rhæticum S. Guthagonus. Supra.
Acronianum ad Lidiniacum flumen S. Gallus. DCXL. Hartmannus. Metzlerus. Supra.

Ex lib. VIII.

Leodienſe S. Hadrous. DCCCLXXXII. Vita S. Forunnani.
Monaſteria varia Ciſtercienſis ordinis, ipſo ordine à ſe fundato multis in locis erigit S. Stephanus Hardingus. MXCVIII. Vuion. Vveſtmonaſt. Malmesburien.
S. *Maximini S. Hidulphus*. DCLXXV. Vita S. *Arbogaſti*.
Alia in Voſagi cacumine. Idem Vuion. lib. II. pag. CCLXIX.
Cenomanenſe S. Hildebertus. CCCC. Trithem. Tab. loci.
Egmondanum S. Hiero. DCCCLVI. Ghin. Natalib. SS. Canonicorum. Vuion. ad XVII. Auguſti.
Montenenſe S. Himelinus. DCCLXXV. Molan. Vſuard. X. Martij.

Ex Lib. IX.

Conſtantienſe S. Ioannes. DCL. Demochar.
Multa Romæ Monaſteria, & alibi terrarum fundauit S. Innocentius Papa. CCCCVII. Genebrard.

Ex Lib. X.

In Vvallia S. Kentigernus. DLXVI. Chorograph. Britann. pag. DXLIIX.
Salinſtat in Germania Kineardus. DCCCI. Annales Scotici.
Saxonienſe S. Kundecar. DCCLXXV. Supra.
Kilkenniam, ſeu Oſſeriam in Hibernia S. Kenicus. Martyrolog. Rom. XI. Octobr.

Ex lib. XI.

Gandauenſe S. Liuinus. Supra. Haræus Poſſeuinus, pag.CCCXLIV.
Illmunſter S. Lullus DCCLXXXII. Othlon.Scotichron.ſed delibero.
Tullenſe S. Lucia Regis filia cognomento de Monte. DCCC. extat vita cum officio.

Ex lib. XII.

Arduenſe S. Mono DCCXXXVIII.Sur.Tom.V.Mireus Coll.Canon.cap.LXXX.
Tullenſe S. Manſuetus S.Petri Diſcipulus LXII.Adſo in vita. Supra.
In Picardia S. Maxentiæ. DCCXCII. Robert.Bukland.pag.CCXXXVI.
Lapionenſe S. Mechtildis. MCCXXXVIII. Cantiprat.lib.II.cap.X.Apiarij.
In Hibernia S. Maccæus CCCCLX.Poſſeuin.Annal.Scotic.
Malmesburienſe in Anglia Maildulphus cognomento Pædagogus. DCXC. Gullielm. Malmesburien. pag.VI.
Lotharingium S. Macra Regis filia CCC.Flodoard.Veremund.

Ex lib. XIII.

Pictticum S. Ninianus CCCCXXXII. Beda. Martyr.Rom.XVI. Sept.
In Inſulis S. Nennius. DCXX. Beda.

Ex lib. XIV.

Rhodenſe S. Odda. DCC.Conſtant. Ghin. Natal.SS.Canonicor.
Montenſe in Belgio S. Otgerus. DCCLVII. Miræus.

Ex lib. XV.

Cantabrigienſe S. Pandiona. Leland.Ioann.Pitſeus.
In Apennino S. Peregrinus Regis filius. CCCCLXIV. Supra.
In Hibernia S. Patricius. Ghin. Supra.
Labſaium in Gallia Dauid Pantherus Epiſcopus Roſſenſis. Ioan.Lesl.lib.X. DXI.
Tadſtovv. in Vvallia S. Petrocus. DLXIV. Scotichron.

Ex lib. XVI.

In Friſia S. Richardus. MCCLXXXVII. Auguſtin.Aggæus de claris viris.
Salsburgenſe S. Rudbertus. DCXXXII.Supra.
Belgicum S. Richarda Regis filia Imperatoris vxor. virgo. DCCCLXXXIII. Irenic. lib.II.Rhegino. Morigea.
Centulam S. Riarius. DCXL. Petrus lib.IV.Catal.cap.XC.Annal.Scotic.

Ex

Ex Lib. XVII.

Dolenſe S. Sampſon. DC. Vita S. Maclouij, vereor ne Gallus ſit.
Orcadienſe à S. Seruano. CCCCXL. Beda cum omnibus.
Sanſidonienſe S. Sidonius. DLX. Sur. tom. IV. Sed N. L.
S. Maria prope Piſcariam ad Lacum Benacum in agro Veronenſi cœnobium, quod nunc Patres Franciſcani habent, fundauit Robertus Stuartus Comes Lenox. ſeu Leuiniæ filius Ioannis die XVII. Septembris, ipſe verò obijt decimaquinta Nouembris MD. quæ omnia lapidi ſunt inciſa.

Ex Lib. XVIII.

Pictiicum S. Trumvvinus. Supra. Vita S. Cuthberti cap. XXIV.
Ingethlingenſe in Anglia S. Trumberus. DCLXIV. Beda.

Ex Lib. XIX.

In Morinis S. Vltanus. DCXLIV. Molan. Vſuard. V. Maij.
In Belgio S. Uviro. DCCLVII. Miræus, Haræus, Surius tomo III.
Fuldenſe à S. Uvinfrido. Anno DCCLV. fundationis charta.
Heidinheim S. Vvalpurga, Supra.
In Germania Monaſterium S. *Vvendelini* in Vrbem excreuit celebrem. DCCXXX. Trithem. Vuion. omnes Oraculum Anachoreticum incerto autore.

Vvendelinus erat Scotorum ſanguine Regum.
Et Regum ſanguis ipſe regebat oues.
Poſt homines rexit quos ſancta tenebat Eremus,
Vrbs quoque nunc huius nomine dicta manet.

Non dubito quin tot gentium Apoſtoli ędes ſacras, vbicumque Chriſti fidem ſtabiliuerunt, erexerint Cathecumenorum ſaltem receptacula, ſed nolui quicquam ſine diſertis probatiſſimorum autorum teſtimonijs temere aſſeuerare.

Sunt etiam in Germania XV. *Monaſteria in vſum Scotorum* fundata, de quibus ex profeſſo Gaſpar Bruſchius, paucorum ad me notitia peruenit. In his.

Ratiſponenſe cuius Abbas aliorum viſitator, & caput. Fundatum S. Mariano ab Henrico II. Burgrauio. Lazius lib. VII. pag. CCCXII.
Conſtantienſe cuius autor S. *Ioannes* S. Galli diſcipulus. Demochar.
Aichſtadienſe à S. *Vvillibaldo* conditum.
Norimbergenſe à S. *Rudberto* erectum, & Sorori conceſſum.
Erphordienſe S. Adelarij, vt exiſtimo opus. Trithem. Scotichronic.

Vien-

Viennenſe, Scotenſe dictum, Lazius lib.VI. pag. CLXXIII. fundatum anno MCLII. vel MCLIIX. Idem lib. VII. pag.CCCXIII. in quo duo libri Radeuici reperti continuatores Ottonis Friſingenſis: Iacob. Spiegel. ad Guntheri Ligurini lib. V. pag.CCCLII. ediderunt Cuſpinianus, & Chelidonius. Sepultura Ducum Auſtriæ, ſeu Carnorum, Vvolfgang. Lazius lib. VI. Migrat.Gent. pag.CLXIX.

S. *Mariæ Scotorum* Viennæ ſanctimonialium clauſtrum. Lazius lib. VII. pag. CCCXXII. ex diplomate Chunradi IV.

Diui Iacobi Maioris in ſuburbio Herbipolitano, cuius Abbas primus S. Macarius lib.XII. abunde dictum. Trithem. Chronic. Poſſeuin.

Colonienſe lib.XII. in *Marianus*, id fuit S. *Martino* ſacrum, vt in S. *Helia* dixi, & in S. *Mimborino*, aut ſanè dicatum S. *Pantaleoni*. Vuion. lib. I. cap.LXXI. licet ſint qui ea ſeparent, vt dicam.

Fuldenſe lib.XVII. in *Rabanus*, in *Egebertus*, in *Sigebertus*.

S. *Pantaleonis* Coloniæ. S. Bruno Archiepiſcopus fundat. Lazius lib.IX. migrat.gent. pag. DXXVI. ingens Sanctorum ſeminarium.

Paderburnenſe lib.XV. in *Paternus*.

Argentinenſe lib. VI. in *Florentius*.

Quæ verò piorum hominum cura, vel in Scotia, vel in circumiacentibus Inſulis, aut Regum pietas in Prouincijs, quæ olim Scotici fuerant iuris, nunc Regni Anglicani pars cēſentur, Monaſteria erexerunt, & opulenter dotarunt, dicetur ſigillatim hoc opuſculo infra. Sed tamen prius peregrinorum *Scotorum* res exequar, nam cum ſit clarum quot populos prædicationibus ſuis, & ſudoribus in Eccleſiæ vnionem attraxerint, item quæ pietatis veſtigia in exteris gentibus reliquerint, ſequitur nunc vt videatur quos populos Epiſcopali dignitate, & autoritate Apoſtolica rexerint foris.

Pontifices Maximi Scoti, & Eccleſiæ multæ extrà Scotiam Archiepiſcopali & Epiſcopali cura adminiſtratæ à Scotis.
Cap. XII.

IN enumerandis Scotis, qui autoritate ſumma Eccleſias extra patriam ſuam ſibi commiſſas piè rexerunt, eundem ordinem, quem propoſui ſequar, & SS. Chriſti in terris Vicarios primo loco ponam. S. R. E. igitur rexerunt Scoti pietatis fama inclyti.

S.In-

S. Innocentius I. CCCCII. Leſl. lib. IV. Gilb. Genebrard. Chronolog. falſi illi qui *Albanum* ab Alba longa volunt, cum *Albani* eo ſæculi ſint *Scoti*.

S. Cyriacus. CCCCL. quia inuito clero ſedem reliquit, & S. Vrſulam ad martyrium ſecutus, albo pontificali expunctus. Petrus de Natalibus lib. IX. Catalogi cap. LXXXVII.

S. Bonifacius II. aut III. *Quiritinus*, quaſi *Quiris* dictus. die XVI. Martij DCXX. Sedem Apoſtolicam deſeruit, & Roſſiæ in Scotia Epiſcopatum rexit. Breuiaria Scotica. H. Boet. lib. IX. ideò in Pontificum ſucceſſione nomen deletum. Scotichronicon.

Hadrianus IV. MCLIV. Scotum putant, in Anglia educatum Gilbertus Brunus Abbas Dulcicordij, & chronicon S. Rufi: ſed ego delibero.

Clemens VI. *linealiter deſcendit à Maria Bononiæ Comitiſſa filia S. Margaretæ Scotorum Reginæ*. ait Scotichronicon. lib. VI. cap. XLV.

Aeneas Siluius, qui & *Pius* II. Legatus Apoſtolicus biennio in Scotia manſit, & Legationem illam ſuam in bibliotheca Senenſi depingi voluit, ideo hic eius mentionem feciſſe auſi fuimus. Sed ad viros Apoſtolicos, qui S.R.E. vexillum apud infideles expanderunt, deſcendo, quorum plena, fuſaq; in ſcriptoribus noſtris Scotis relatio eſt.

Ex Lib. I. de Script. Scot.

S. Abel Remorum Archiepiſcopus. anno DCCXLIX. Catalog. Remenſ. Epiſcop. Georg. Coluener.

Erfordiæ S. Adelarius. Supra.

Niuernenſium S. Adeodatus. DCCLXX. Vita S. Florentij. Sur. Demochar.

Pragæ S. Adalbertus. DCCLX. Supra.

Saxonum S. Adhelmus. DCXCIV. Supra.

Lindisfarnenſis S. Aidanus DCLI. Supra.

Fauentiæ S. Aemilianus Maurolyc. Ghin. vita apud Franciſcanos Fauentiæ MS.

Angliæ Aethelbertus DCCC. Vveſtmonaſt. Godvvin.

Gualliæ S. Aſaphus DCCL. vita S. Kentigerni.

Friſlariæ S. Albuinus. Vuion. Trithem.

Argentorati S. Arbogaſtus DCXLIII. Sur. Theodoric.

Xantonum S. Arnual. DCXCV. Sigebert. Hiſtor. Bruni.

Ex Lib. II.

Edeſſanus Archiepiſcopus, & *Antiochenus* Patriarcha *B. Bernardus*. MXCIX. Scotichron. dixi ex Gulielmo Tyrio, & alijs ad Benedicti Accolti. Hiſtor. lib. II.

Moguntiæ S. Bonifacius. DCCLV. Supra.

Herbipolis S. Burchardus. DCCLI. Lazius Præfat. migrat. gent.

Bathoniæ S. Bodeca. MXXXI. Godvvin. alij Angli.

Inſularum Fortunatarum S. Brendanus. D. Supra.

Miropienſis David Betonus. Cardinalis. MDXIX. Ioann. Leslęus lib. IX. pag. CCCCXLVII.

Ex Lib. III.

Verdenſis S. Cevilo. Krantz. Suffrid.

Couentriæ S. Cellach. DCLVII. Beda. Godvvin.

Lindisfarnenſis S. Cuthbertus. DCLXXIII. Scotichron.

Banchorenſis S. Caducanus. MCCXXV. Alan. Turonenſ.

Altißiodorenſis S. Claudius. DCCXCI. Cardin. Zabar. Robert. Altiſſiod.

Lindisfarnæ S. Colmanus. DCLXXI. Supra.

Carcagiæ S. Carolus. MCXX. Bernard. in Malach.

In Græcia S. Cœlius Sedulius. CCCCXX. Trithem.

Tarenti S. Cataldus. CCCLXI. Demochar. Tabul. Tarentin.

Longinienſis S. Columbanus. Adaman.

Dublinij Ioannes Cumin. MCLXXXIII. Cardinalis Primus extra Roman. Scot. Hiſtor.

Orcadum S. Colmus. MX. Breuiar. Scot.

Taurinenſis Claudius. DCCCXV.

Friſingæ S. Columbanus. DXXXVII. Lazius lib. XII. pag. DCL.

Ex Lib. IV.

Leichfeldiæ S. Duinas. DCLIII. Beda. Vvigornien. Vvion. Godvvin.

Traiecti S. Dyſignatus. DXI. Demochar.

Lupienſis S. Donatus frater *S. Cataldi*. Vita illius.

Gvvalliæ S. David. MCXX. Godvvin. pag. DCXLIII.

Trehetenſis Dobani. DCCLI. Supra.

Feſularum S. Donatus. DCCCIII. Martyrolog. Rom. II. Octob.

Ex Lib. V.

Haguſtaldenſis S.Eata DCLXXII. Godvvin.
Lindisfarnæ. Idem. Vveſtmonaſt. Vvigorn.
Lindisfarnæ B.Egredus. DCCCXLII. Houeden. part.I.
Rhedonenſis Euanx Marbodus. MLIV. Balęus Apoſtata Scotorum hoſtis.
Verdenſis S.Erlulphus. DCCCLXXVII. Krantz. Suff. id.
Ratiſponenſis S.Eberardus. DCLXXV. Cratepol. pag.LII.
Nouioduni S.Eligius. DLVII.Kalendar.Adami Regij SS.Scotorum.

Ex Lib. VI.

Rhegienſis S.Fauſtus S.Columbani magiſter CCCCXC.S.Notker.Balb.
Meldenſis S.Faro. DCXX. Sur.Locrius,pag.L.
Britannorum Faſtidius. CCCCXL. Concil. general.
In Hibernia S.Faghna. Mart.Carthuſ.die XXIV.Auguſti.
Ambiani S.Firminus. CCC.Scotichron.lib.IV.cap.IX.
Vvaluidori S.Forannanus. DCCCLXXXII.Benedicti VII.Bulla Ghin.
Pictorum Ferguſtus. DCCXXII.Trithem.
Lindisfarnæ S.Firmanus. DCLXIV. Beda. Vveſtmonaſt.Vvigorn. Demochar.lib.III.cap.XV.Poſſeuin.
Argentinæ S.Florentius. DCLXIII. Irenic.lib.III.cap.XLVI.
Placentiæ S.Fulco. MCCXXX. Ghin.
Ticini. Idem Tabulæ illius loci.
Biturigum Andreas Forman. MDLI. Demochar.

Ex Lib. XVII.

Leonenſis in Aremoricis S.Golueneus. DCVI. Tabulæ loci.
Ratisponæ S.Gailbaldus. DCCLXXX.Trithem.
Athenienſium Alexander Gordonus. MDLI. Ioann.Leslæus lib.X.

Ex Lib. XVIII.

Verdenſis Harruchus. DCCCXXXI.Bruſch.Krantz.Vvion.
Bangoræ Heruæus. MX. Godvvin.

Lin-

Lindisfarnæ S.Higbaldus. DCCCIII. Sur. Vuigorn. Beda lib. IV. cap. III.
Treuirorum S.Hildulphus. DCLXXV. Supra.
Friſingæ Hereberius. DCCLXXX.
Belgij S.Helias. Sepeliuit *S.Liuinum.* DCXXXIII. Haræus.

Ex Lib. IX.

Conſtantiæ S.Ioannes S.Galli diſcipulus. Supra.
Mykelenburgæ S.Ioannes. MLX. Helſmold. lib. I. Hiſt. Sclauor. cap. XXIII.
Verdenſis S. Iſengerus. DCCCXXX. Vvion. lib. II. cap. LV.
In Germania Iſrael. DCCCCXXXVII. vita S.Notkeri, & S.Brunonis.
Saltesburgæ Ioãnes Vvintſchelenſis. DCCLXX. Trithem. lib. IV. cap. CV.

Ex Lib. X.

Herbipolenſis S.Kilianus. DCXII. Supra.
Verdenſis S.Kortila. DCCCXXVII. Suffrid. Krantz. Vvion. lib. II. c. LV.
Paderbornæ Ioannes Kuningham. MCCCXCIX. Acta illius loci.
Aſaphi S.Kentigernus. Supra.
In Belgio S.Kilianus S.Liuini Socius. Haræus.

Ex Lib. XI.

Hiberniæ Epiſcopus, vel *Archiepiſcopus S.Leuinus, Lebuinus*, aut *Liuinus*. DCXXX. Supra.

Ex Lib. XII.

Tullenſis S.Manſuetus. Supra.
Coſentinus Archiepiſcopus Martinus Pœnitentiarius. MCCL. Hiſt. Martin.
In Bauaria S.Marinus Martyr. XVI. Decemb. Hiſtor. Bauar.
Aletæ in minore Britannia, ſiue *Maclouiopolis S.Machutes*, aut *Maclouij*.
Rhotomagi S.Mellanius. Supra. (DLXIII.
In Belgio S.Menalachus. DCL. vita *S.Liuini.*
Liburniæ S.Modeſtus. DCCLXXIX. vita *S.Gebehardi.*

Ex Lib. XIII.

Pictorum S.Ninianus. CCCCXXXII. Supra.

Ex Lib. XIV.

In Hibernia S.Odrannus S.Patricij Diſcipulus. Tabul. Glaſcoenſ.

Carpentoracti S.Oronius Modeſtus. CCCCXLV. Tom. III. Concilior. Venant. Fortunat. lib. IV. Epigramm. XXIV. lib. I. vita *S.Martini.*

Ex Lib. XV.

Verdenſis S.Patto. DCCCX. Demochar. Vvion. Bruſch.

Hibernorum S.Patricius. CCCCLXXVIII. Vvigorn. Vveſtmonaſt. anno CCCCXCVII.

Incertæ Eccleſiæ donatione Pipini Regis in Francia S. Plechelmus Collega peregrinationis S.Otgeri. DCCXLVIII. Surius, Molanus, Mirę us. vita *S.Vvironis.*

Vvalliæ S.Petrocus. DLXIV. Hiſt. Scot.

Sabinenſis in Italia Ioannes Paparo Cardinalis qui quatuor Archiepiſcopatus inſtituit in Hibernia autoritate Eugenij III. Papæ à quo creatus Cardinalis fuerat. MCLI. ex Baronio Aubertus Mirę us in Geograph. Eccleſiaſt. vbi de Hibernia.

Arelati Archiepiſcopus S.Petranus. DIX. Flodoardus. Demochar.

Ex Lib. VI.

Moguntiæ S.Rabanus Maurus. DCCCLVIII. Hiſt. Scot.

Meldenſis. Idem. Diſcipulus S.Alcuini, & Collega.

Compendienſis Rozelinus. MCXI. Hiſtor. Francic.

Machliniæ S.Rumoldus. DCCLXXVII. Supra.

Vvormatiæ S.Rudbertus. Supra.

Iuuauiæ. Idem. Henricus Caniſ.

Ex Lib. XVII.

Dolenſis S.Samſon. Supra.

Verdenſis S.Suibertus. DCCLXXXVIII. Bruſch. Krantz.

Nannetenſis S.Similianus. Supra.

Orcadum S.Seruanus. CCCCXL. Polyd. lib. III. pag. LVIII. Poſſeuin. pag. CCX.

Ex

Ex Lib. XVIII.

Verdenſis S. Tanco. DCCCXX. ſeu *Tatto* Vvion.lib.III.pag.LIII.
Pictorum S. Ternanus. CCCCXL. Lesleus. Boeth. Turgot.
Eorundem S. Trumvvinus. DCLXXX. Supra.
Lindisfarnæ S. Tuda. DCLXIV. Vvigornien. Beda. Godvvin.
Leichfeldiæ S. Trumherus in Anglia. DCLXIV. Supra.
Landauenſis in Anglia S. Theliaus. DLXIII. Scotichron.lib.II.cap.XI.

Ex Lib. XIX.

Couentriæ S. Vvinfridus. DCLXXIII. Vveſtmonaſt. Beda. Godvvin.
Morinorum Vvinfridus. DCCCCXLII. Flodoard. Scotichron.
Hannoniæ S. Vvaſnulphus. DCLI. Supra.
Merciorum S. Vvinfridus. DCLXIII. Supra.
Eiſtetenſis S. Vvillibaldus. DCCLV. Supra.
Deirorum S. Vviro. DCCVII. Supra. Sur.
Armachanæ Robertus Venantius Archiepiſcopus à cunis cæcus Doctor Sorbonæ, trium Pontificum Legatus, Hiberniæ Primas. interfuit Concilio Tridentino, MDLV. Io.Sleidan. Rader. de Sanctis cæcis cap.III.
Auenione Protonotarius Apoſtolicus, & Cardinalis incertæ in Gallia Eccleſiæ Antiſtes ſub Clemente VI. Vvilhelmus. MCXL. Scotichron.

Sed iam ex longa peregrinatione domum me refero, & intermiſſum de *Scotorum* pietate ſermonem retexo, & quales fuerint domi inquiro.

De Culdeis in naſcente apud Scotos Eccleſia, & forma Hierarchiæ, Eccleſiæ ætates, in hæreſim lapſus piorum ſtudia, quique ſanguine fuſo piæ cauſæ aſſertores martyres.

Cap. XIII.

AD *Scotos* in extrema Albionis parte miſit Doctores S. Victor Pontifex, qui non modo Chriſtiano ritu gentilitatis nefarios cultus abolerent, ſed etiam qui arcanæ ſcripturæ myſteria accuratius profiterentur, vt ex Annalibus Scotis liquet Boeth.lib.VI.pag.LXXXVII.eam & publicè prædicandi, & priuatim docendi rationem Sacerdotes imitati

aſſiduis concionibus populum, lectionibus iuuentutem ita inſtituebant vt nulla Ethnicæ impietatis quò illi pertingere poterant ſigna relinquerent. Hos vulgari vocabulo iam tum ab eo ſæculo repetito *Keldeos*, aut receptius *Culdęos* quos Græci Σεμνοθέους vocant *Dei cultores*, vt apud Laertiũ in Prologo lib. I. appellarunt homines innocentiſſimæ vitæ probiſſimæ conuerſationis, & inexhauſti ad rem promouendã Chriſtianam laboris, vt vno eo nomine omnes Sacerdotes vocarentur, effecerunt: quo factum vt honorifica maximè, & ſummæ reuerentiæ ea eſſet appellatio, vt iure vſurpari illud vetus, aut detorqueri poſſe videatur, *nullibi æquè expedit, atque in Scotia Sacerdotem eſſe*. Et ſanè ſecundus ijs poſt Regem ipſum toto regno honor habebatur, illi Epiſcopum è ſuo corpore eligendi poteſtatem habebãt, quod primùm in electione Santandreani Epiſcopi Cellachi II. abrogatum, tranſlato iure ab ijs ad clerum Scotichron. lib. VI. cap. XXIV.

Et iam aderat annus LXII. ſuæ conuerſionis, id eſt reparatę ſalutis humanæ CCLXX. cum Eccleſia Scotica creſcere bona fide, & in bonam frugem adoleſcere cępit, tum *Culdæi* erant illi omnes, vt monui, *Sacerdotes*, & magna ex parte *Monachi*, nam monaſticæ profeſſionis viros S. *Victor* Roma miſerat, ſemen Euangelij mirum in modum multiplicatum cernentes ex ſuo corpore Epiſcopum crearunt, cui omnes in religionis negotio morem gererent, pœnes quem vnum ſumma ſacrorum autoritas atque in Eccleſiaſticum ordinem iuriſdictio eſſet. Hic more Romanæ Eccleſiæ græco vocabulo. *Epiſcopus* dictus qui nulli certæ, ſed illigatus vbique regni audiebatur. Hector Boeth. lib. VI. pag. XCII.

Hæc erat Scoticæ Eccleſiæ infantia, & adhuc tenella ætas, ſed ecce Anno CCCXXV. cum vnus Epiſcopus qui ſedem habere præcipuam incipiebat Sodoræ in Argadia, ſiue Argathelia non ſufficeret, plures ex eorum *Culdæorum* corpore Epiſcopi ſunt creati, ideoque in Concilijs generalibus, & prouincialibus ſubſcriptione Epiſcoporum Scotorum inueniuntur quam multæ, ſed ſedes nuſquam nominata.

Vegetum & adultum robuſtumque erat corpus vt virilis ætas cenſeri poſſet, nam tum ab eleemoſynis ad certos annuos cenſus Eccleſiaſtici trãſiuere, tum Epiſcopatus, Abbatiæ fundari dignitas etiam, & honor ab Apoſtolica Sede augeri, à Regibus optimatibuſque, & populo haberi, tunc enim, & Sodorenſis Antiſtitis autoritas, & Eboracenſis priuilegia pœnitus conciderunt Eccleſiaq. Scotica ſui iuris facta Anglorum poteſtati, cui iniuria ſubiecta fuerat exempta *Archiepiſcopos* accepit, vide de

ſcriptoribus Scotis lib. VII. in *Gilbertus*, & lib. XVII. in *Salamon Decanus*, infra hic accurata cura expedietur.

Per hos gradus *Scotia* in pietatis ſtudia prouecta nulli Europę prouinciæ Sanctorum, & Doctorũ virorum numero ſecunda per mille quadringentos annos pœnè floruit inconcuſſa, ſancta gaudens libertate, ab hæreſeos ſuſpicione, & hæreticorum contagio illibata, quod paucæ gentes de ſe audent promittere. Hæc vberius, & maiori eruditione Anonymus ille de Antiquitate Eccleſiæ Scoticæ exequitur: ſiue autor ſit *Iacobus Tyrius* Sanctus, & doctus Ieſuiticæ profeſſionis Sacerdos, ſiue *Tomſonus*, grauis eſt ſanè dignuſque fama ſcriptor, quem tanti putauit Antonius Poſſeuinus, vt Apparatui ſuo totum opus inſereret, quem nec ego legi, nec Fitzimon Hibernus intellexit.

Vltima, ac decrepita ſenectus Eccleſię *Scoticæ* ab opulentia, & improbis factioſiſque hominibus corrupta, & demum ſancta *Fides* iugulata teterrimæ hæreſi, & nobilium auaritiæ Eccleſiaſticorum fortunis inhiantium quæ tum magnificæ admodũ, & pœnè inexhauſtæ, in prædam heu! ceſſit, ſed diuerſa ab alijs gentibus conditione, nã cũ illarum lapſus Præſulum, vt plurimùm, incuriæ adſcribatur, religio maiorum ſanctiſſima noſtro regno eliminata eſt ab hominibus priuatis quorum duces præcipui *Ioannes Knoxius* Caluiniſta è Geneua, & *Georgius Sophocardius* Lutheranus Magdeburgenſis impietatis alumnus, *Ioannes Vvilloxius* ex cucullatus, *Paulus Meſſenus* notiſſimus lupanaris aſſecla *Ardlaus* ſartor, & alia id genus carcinomata plebis vilioris, qui tamen nunquam feruidis ſuis, & tumultuoſis conciliabulis efficere potuerũt, vt Eccleſiaſtici piam cauſam deſererent, quin imò quam à IESV CHRISTO, & eius Vicario viſibili S. D. N. Romano Pontifice VERITATEM Euangelij hauſerant conſtanter retinuerunt, & ſanguine ſuo confirmarunt. Teſtes vos beatæ animæ inuoco quæ ad vltimum pro fide, verbo & exemplis ſtrenuè depugnantes æquitatem cauſæ acerbiſſimis corporum laniatorum cruciatibus prępoſuiſtis *Benedictini, Carthuſiani, Trinitarÿ, Templarÿ, Bethlemitæ, Antonini, Carmelitæ, Auguſtiniani, Dominicani, & Franciſcani*, quorum noſtro in regno, & crebra, & ſanctitate Florentia ea tempeſtate ſodalitia per ſanctorum locorum gradus tracti, contumelioſiſſimè habiti precariam quã habuiſtis vitam æterno cõditori pro fidei defendendæ gloria reddidiſtis, & exemplum generoſæ patientiæ à præſulibus veſtris, ac ſæculari clero accepiſtis, & duo Archiepiſcopi quorum alter etiam Cardinalis dignitate ſublimis immani martyrio affecti vos in cælum præceſſerunt. Vide

lib. II.

lib.II. in *Betonus*, & lib.VIII. in *Hamiltonius*, & lib.XIX. *Ninianus Vvinzetus*. Hi enim nec ſoli ſanctam Euangelij ſanguine ſuo integritatem confirmarunt vti *Knoxius* infernali improbitate cum collegis impiè profanauit. Sed vt melius Æternitatis Sacroſano eorum memoria conſignetur, qui vel ſcriptis, vel exilio, nec non morte ipſa Iesv Christi teſtamento ſubſcripſerunt, nominabo hic *martyres Scotos* quorum acta mihi auditu intellecta, aut lectione comperta, quamquam non ignarus infeliciſſimum eſſe meæ *Scotiæ* in hoc etiam caſum, quæ ea tempeſtate nullum habuit ſcriptorem cuius beneficio tot illuſtrium Eccleſiæ Catholicæ militum fortitudo celebraretur quin imò in contrario ſtat damnata *Hæreticorum* ſedulitas qui Cerdones Sartoreſq. ſuos poſteritati impie commendarunt, vti ex infamis *Foxij* libello apparet cui titulus ridiculus Martyrologivm, niſi addatur *Cacodæmonis*. Sed ad martyres meos deſcendo.

David Betonus S. Andreæ Archiepiſcopus, & S.R.E. Cardinalis carceris primum ſquallorem paſſus, ac infamiam non leuem à ſectarijs; tandem III. Kalendas Iunij à coniuratis Normano Lesleo Rotheſij Comitis Filio, Vvilhelmo Kircaldio Grangij Equitis hærede, & Kirhmichello clam irrumpentibus cubiculum trucidatur, deijcitur in humum ſupinus, in ore permeitur, pontificalibus indutus ad ſacerdotij ludibrium procurante *Knoxio* è feneſtra ſuſpenditur, & ſacrilegi percuſſores miſerè perierunt. Normanus poſt errores Danicos, Sueuicam pauperiem Henrico II. Galliarum Regi militaris tanquam fortitudine admiſſum flagitium eluere poſſet plumbea glande traiectus Eccleſiaſticæ dignitatis dignas licet ſeras pœnas luit. Paſſus martyrium Cardinalis anno MDXLVI. Scriptor. Scot. lib. II plura.

Ioannes Hamiltonus S. Andreæ Archiepiſcopo honore ſumpto ſanguine ſuo fidei labenti parentauit: Abbas hic antea Pasleti fuerat, Gubernatoris Scotiæ frater nihilominus à factioſis hominibus tyrannicè Eccleſiam Dei infeſtantibus captus, & reſte collo iniecta die VII. Aprilis MDLXXI. necatus. Georgius Buchananus ſcurriliter impius, vt ſolet.

Reſtis Hamiltonum necat, enſis vt ante Betonum.

Cædis autores ſic in Beatum Antiſtitem iocati ſunt.

Creſce diu felix arbor ſemperq; vireto
Frondibus, vt nobis talia poma feras.

Sed & illis vertentem poſt annum eodem ſupplicio affectis argutè reſponſum.

Creuit

Creuit vt optabas ramis felicibus arbor,
Et fructum nobis te, generumq́; tulit.

S. Abbas *Neuhal.* Martyr. III. Februarij. Sander. lib. VII. viſibilis Monarc. & ex eo Vuion. lib. III.

S. *Georgius Dureius* Abbas Martyr. XXVII. Ianuarij. Iidem auctores.

Maria Regina Scotiæ *Iacobi* V. F. Franciæ dotaria, à perfidis ſuis ſubditis bello vexata, ter acie victa, in carcerem lacu Leuinio detruſa, regnum abiurare, & maieſtatis apici cedere coacta, Anglicanæ *Elizabethæ* Quartæ furiæ aſtu illecta, damnata popularium ſuorum fide, *Dumbretonia* arce munitiſſima deſerta, Angliçe inconſultò ſe credidit, & poſt XIX. annorum arctam & duram cuſtodiam, Scotia auro Anglicano corrupta, Satagente fratre ſuo Spurio *Iacobo* S. Andreæ Priore, & Murrauiæ Comite, Gallia bellis ciuilibus implicata, factione aduerſa *Guiſios* conterente, filio ferendo auxilio impare, contra iura diuina humanaque, pernicioſo Regibus exemplo, ad Caſtrum *Fodringamiæ* in confeſſione Catholicæ fidei inuicta manens, ſecuri percuſſa eſt, vnica impietatis, ea Inſula, remora, pietatis deſtina, Sathanæ miniſtrorum terror, ſequioris ſexus honor, die XVIII. Februarij anno MDLXXXVII. Cui leſſum adpoſuit adoleſcens Patricius Maphęus Barberinus, illius indubiè precibus S. R. E. Cardinalis, poſtea & *Scotorum* Protector creatus; vtinam & S. Petri ſucceſſor, quod moderatio, virtus, pietas, & ſingularis eruditio merentur, & nos vbique Regionum *Scoti*, quod B. R. C. F. auguramur. Verſus ſunt, vbique, non hic modo, digni legi.

Te quamquam immeritam ferit, ò Regina, ſecuris,
Regaliq́; tuum funus honore caret:
Sorte tua gaude, mærens neque Scotia ploret,
En tibi pompa tuas quæ decet exequias.
Nam tibi non paries atro velatur amictu,
Sed terras circum nox tenebroſa tegit.
Non tibi contextis lucent funalia lignis,
Sed Cæli ſtellæ, Nenia triſtis abeſt:
Sed canit ad feretrum ſuperum chorus aliger, & me,
Cæleſti incipiens voce, ſilere iubet.

Ioannes Dempſterus gentilis meus, Pariſienſis Academiæ tum florentiſſimæ ter Rector, & Reipub. Venetæ Bibliothecarius totum vitæ ordinem ſic concluſit.

Regibus orta, dedi Reges, Reginaq́; vixi,

Ter nupſi, tribus orba viris, tria regna reliqui,
Gallus opes, Scotus cunas, dedit Angla ſepulchrum.

Fr. Ioannes Blak. cum in profeſſione fidei Catholicæ conſtantiſſimus perſeueraſſet, & non ſemel cum impijs ſectarijs congreſſus, eos ex ſacris literis *Aberdoniæ* confudiſſet, monaſterio ſuo extractus, contumeliosè habitus, Edimburgum perductus martyrij palmam percepit, Dominicanis ſanctiſſimis adnumerandus. Ioan. Leslæus lib. X.

Ioan. Ionſtonus nobili loco natus, Societatem Ieſu ingreſſus, Duaci philoſophiam profeſſus, Ferdinandi tum Archiducis, nunc Auguſti, & Leopoldi præceptor, ægre, imperato in patriam abitu, à Sereniſſimis illis Principibus diuulſus, ab hæreticis ſolenni conuiuio, medicata potione ſublatus, veram patriam cælos penetrauit. Acta collegij Brunenſis, meminit Georgius Conæus Scotus in primitijs contra calumnias Irlandorum. pag. XXI.

Daniel Carthuſianus, cum euerſo funditus Cænobio Perthano, quod magnificentiſſimum Iacobi I. Regis opus eſſet, hæreticis Cruce prælata concionaretur, in ignem viuus percipitatus eſt, ſed cum aliquandiu incombuſtus, & ſplendidior medijs in flammis appareret, exclamauit elato furore cæloque ipſi conuitium factura hæreticorum multitudo, exprobrauit ſuorum deceſſorum impietatem, ac maximè Beatorum Oſualdi, & Hangaliſide ſcelerata acta, cuius primi etiam reliquias pretioſas in ignem congeſſerunt, at vir Dei nihil iſtis territus longis haſtis transfixus, ne ſimplice quidem martyrio defunctus pietati moriturae litauit. Gilbert. Brun.

Franciſcus SS. Trinitatis Monachus, hæreticis irreuerẽter & furenter in monaſterium ſuum Aberdonenſe, quod Regum olim palatium fuiſſet, prorumpentibus obſtare concionabundus vellet, primo vulneribus crebro repetitis transfoſſus, per gradus ſacri loci deiectus, eliſo cerebro corpore ludibrijs mirifice affecto, teſtis ruituræ religionis, verius quam vindex, beatus occubuit anno MDLIX.

Ioannes Hamiltonus Comitis Mailroſiæ frater, Doctor Sorbonicus, & obſeſſa à Rege Henrico IV. Lutetia Academiæ Rector, cum fidei acerrimus defenſor, ciues in Regem tum hæreticum armaſſet, Bruxellas abijt, inde in patriam populorum ſuorum ſalutis ſitiens, captus à Sathanę ſatellitio, & inhumaniter habitus in arce Londinenſe Nonagenarius occubuit, ſcriptis etiam doctiſſimis inclytus.

Graimus Fentriæ Toparcha criminationes fingentibus Sathanæ miniſtris,

ſtris, ſecuri Edimburgi percuſſus,in Cælum euolauit.

Ladilandiæ Toparcha à Sectarijs miniſtellis ad martyrium petitus, Ailzenæ in mare actus, nec ſimplici morte defunctus, glandibus plumbeis tranfoſſus, & demerſus, pietati apud Scotos moriturę vitam beatam reddidit.

Tomas Robertſonus Sacerdos à Toparcha *Bodio* ſeniore, vulgo *Mylord* Glaſcuę inter ipſa corporis dominici conſecrandi myſteria deprehenſus, ab Altari raptus ad Crucem, ſtrangulatus, & exuſtus vna cum ſacerdotalibus indumentis eidem igni iniectis, ad incommutabilis vitæ præmia lubens abijt.

Dauid Douglaſsius Eboraci in Anglia Chriſtianæ religionis puritatem conſtanter profeſſus, communicato cum Scotiæ ſectarijs conſilio, ſub principium *Elizabethæ* bonorum ſanguinem ſitientis, diris cruciatibus affectus Sanctorum albo adſcribi meruit. die XXIII. Decembris anno MDLXXV.

Ioannes Grains Franciſcanus, Bruxellis ſolus in Cænobio remanſit, Geuſijs ſeditionem mouentibus, & à ſanguinarijs IV. confectus vulneribus occubuit ante ipſum altare, Henricus Sedulius narrat eum patria ob religionem pulſum. Corollar. Seraph. Hiſtor. pag. DCXCIII. Accidit martyrium anno MDLXXIX. plenius lib. VII. ſcriptor Scotor. Daniel Peruſinus martyrij Franciſcanorum cap. XLII. eum miraculis clarum ſcribit.

Anonymus quidam Sacerdos, in celebranda ſacroſancta Miſſa deprehenſus, vt erat pontificalibus indutus, more piacularis hoſtiæ, per plateas circumductus, lapidibus, cæno, miſſilibus immundis, ouis etiam putridis, ac contumelioſa inſanientium hæreticorum voce, puerorumq́. petulantium ſucclamationibus laſciuis externatus, in ipſo triumphalis pompæ progreſſu beatus concidit tam ſuaui odore ſuffuſo, vt non pauci hæreticorum impietatem eam damnauerint. Martyrium hoc Edimburgi die IV. Martij anno MDLXIIX.

Iacobus Vvode, alias Siluius Bonytoniæ Toparcha Edimburgi, miniſtris inferni aſſeclis educentibus Theatrum lugubre conſcendit, ſub ſolis ortum, ne plebs innocentis verba audiret, ac die lunæ XXVII. Aprilis MDCI. ſecuri percuſſus, corpus moribundum exuit, in cæleſtis præmij poſſeſſionem iturus.

Ioannes Ogilbius Societatis Ieſu Sacerdos Glaſcuæ in pietatis officijs exercendis captus, à *Ioanne Spotſvvod* carceri duriſſimo mancipatus, ac

X. noctium, dierumque, cuſtodijs appoſitis, vigilijs, inſomnioque acerbiſſimè cruciatus, tandem, nec conſulto rege, quod in Catholicæ veritatis profeſſione immobilis perſiſteret, & gente ſua, & ordine digniſſimus viſus, ad furcas deductus, agonem verè Ieſuiticum conſummauit, die Februarij vltima MDCXV. plura lib. XIV. Scriptor. Scot.

Hi quidem ſanguine ſubſcripſerunt Eccleſiaſticæ puritati, iſti vero ſcriptis doctiſſimis cauſæ æquiſſimè ſunt patrocinati, vt in opere de Scriptor. Scot. ſuis locis videbis.

Quintinus Kennedius Caſſiliæ Comitis frater Crucis Regalis Abbas.

Fr. Ioannes Blak. & liber, & in Cuſtodia ſcriptis doctiſſimis hæreſim naſcentem, vt Hercules alter depreſſit.

Alexander Anderſonus Gymnaſio Aberdonenſi Præpoſitus corā Regni ordinibus & clero, fidei ſuæ rationem luculenter reddidit, quam poſtea ſcriptis mandauit.

Ninianus Vvinchet à ſingularis doctrinæ ſcriptis exilium promeruit.

Ioannes Abercrombius Monachus ſcriptis etiamnum hodie extantibus, abunde oſtendit Catholicam fidem Regno noſtro eliminatam ab impotente magnatum auaritia, non rationibus miniſtellorum, nec Catholicos cauſæ æquitate, aut veritate rei inferiores ceſſiſſe, ſed ſacrilego profanorum auſu, & viribus apertis excluſos. Hos è multis paucos ſelegi, qui in ipſo hæreticæ indignitatis, & furoris æſtu viriliter caput obiecerunt. Longum nimis foret ſi eos qui mutatis, firmatiſque rebus calamum vindicem acuerunt, percenſere velim, & ex Scriptoribus Scotis meis erui haud difficulter poſſunt. Ad eos nunc venio, qui exilio, aut carceris diriſſimi ſquallore eidem fidei Catholicæ adhæſerunt, quos noſtris Silentibus ex lib. VII. viſibili Monarchia Nicolai Sanderi Angli exhibeo primi hi Sacerdotes.

Adamus Kingorn. In Hiſpania Monachum induit Vlyſippone.

Ioannes Gray. Toloſæ Theologiæ incubuit, & obijt.

Andreas Gray. Obijt Rhotomagi Eccleſiaſtes.

Guillelmus Meldrom. Louanij Philoſophiam profeſſus.

Iacobus Finlaſon. Canonicus ad S. Quintini.

Iacobus Chalmer. ſiue Camerarius. Auguſtæ exceſſit.

Ioannes Chalmer. Canonicus Dunkeldenſis.

Georgius Yong. ſiue Iunius. Antuerpiæ extremum diem clauſit.

Doctores quoque ſacræ Theologiæ non pauci eiecti.

Simon Symſon. Pariſijs poſtea Sorbonicus ſocius.

Ed-

Edmundus Hayus. Societati Ieſu ſe addixit, & aſſiſtens poſteà obijt.

Ioannes Leslæus Reginæ à Secretis, & Roſſenſis Epiſcopus, obijt Romæ. Hiſtoriæ ſcriptione celebris.

Iacobus Betonus Archiepiſcopus Glaſcuæ Pariſijs obijt, Orator Regius, ſepultus ad S. Ioannis Lateranenſis.

Ioannes Dempſterus. ſeu *Themiſtor* dictus Iuris vtriuſque Doctor Lutetiæ celeberrimum nomen ſortitus ab eruditione. Obijt Reipublicæ Venetæ Bibliothecarius.

Omitto Religioſos ordines, e quibus viri pij egreſſi, patriā ſuam hæreſis tabe infectam, & marceſſentem deſeruerunt, vt in Scriptoribus Scotis videbis. Quid dicam *Setoniæ* Toparcham, vulgo *Mylord*, auum Georgij Comitis Vvintoniæ, ob fidei confeſſionem carcere diu maceratum, nec niſi mortuo *Morauio* liberatum. Nec ardorem temporis noſtri attingo; nec illi ſoli glorioſè certarunt, ſed hi ſoli mihi cogniti, & pia fama traditi, & ſcio multos deſiderari.

Ioannes Patricius cum LXXX. Sacerdotibus Franciſcanis in Belgium traiecit anno MDLIX. Franc. Gonzaga part. III. originis Seraph. Relig. pag. DCCCXLVIII.

Eccleſiæ Scoticæ ſucceſſio, Archiepiſcopatuum, ac Epiſcopatuum inſtitutio per quos & quibus vrbibus conſederint? diſquiſitum: *Cap. XIV.*

BElliſſima eſſet hæc materia, niſi tyrannis Anglicana Eduardi I. aut hæreticus furor monimenta omnia, vbique Regni corrupiſſet; adnitar tamen, vt diligentia ſcriptorum defectum ſuppleat, & nihil curioſus lector deſideret. Scotia in vniuerſum Comitatus, ſeu Prouincias habet XLVIII. Archiepiſcopatus duos, Epiſcopatus XI. hoc ordine: ac primum ſic enumerat *Clemens* III. Papa in literis ad *Vvilhelmum* Regem apud Houeden. pag. CCCLXXI.

S. Andreæ.	*Aberdonenſis.*
Glaſcuenſis.	*Morauienſis.*
Dunkeldenſis.	*Roſſenſis.*
Dumblinenſis.	*Katinenſis.*
Brechinenſis.	

Archiepiſcopatus I. S. Andreæ, ſub quo Sedes ſunt & Suffraganei VIII.

Dun-

Dunkeldenſis. *Dumblanenſis.*
Aberdonenſis. *Brechinenſis.*
Morauienſis. *Roſſenſis.*
Cathenenſis. *Orcadienſis.*

Archiepiſcopatus II. Glaſcuenſis ſub quo Suffraganei III.
Candidæ Caſæ, ſeu *Gallouidiæ.*
Liſmorenſis, ſeu *Argatheliæ.*
Inſularum Hebridum. Hubertus Miræus lib. IV. Notit. Epiſcopat. cap. XXII. Sigillatim exequar ſi ſeriem poſuero quam ſeruat.

Sunt hæ quidem Eccleſiæ omnes *Scoticæ*, & ſi in illa enumeratione quatuor omittuntur, Pontifex Eboracenſis Metropolitani iuri eximit, eiuſque ſucceſſor *Cæleſtinus* III. idem poteſtas, cuius bullæ tenor apud Houedenum pag. CCCCVI. Is eſt. *Propter reuerentiam, & deuotionem quam ad Romanam te habuiſſe, à longis retro temporibus, Eccleſiam nouimus, attendentes, præſentis ſcripti pagina duximus ſtatuendum, vt Scoticana Eccleſia Apoſtolicæ Sedi, cuius filia ſpecialius exiſtit, nullo mediante debeat ſubiacere.* Epiſcopales deinde Cathedras enumerat.

S. Andreæ. *Glaſguenſis.*
Dunsledenſis.
Dublinenſis. male pro *Dumblanenſis.*
Brehinnenſis. corruptè pro *Brechinenſis.*
Aberdonenſis. *Morauienſis.*
Roſanenſis. deprauatè pro *Roſſenſis.*
Cathinenſis.

Scribæ errore quatuor etiam hic omiſſæ, ſed & plures prætertitæ in Prouinciali Epiſcoporum apud Democharem lib. III. ſacrif. Miſſ. cap. XV. in hunc modum.

Glaſnenſem. pro *Glaſcuenſem:*
Motanienſem. deprauatiſſimè.
Brechinenſem. *Bichinenſem.* Nugæ.
Viſmorenſem. pro *Liſmorenſem.*
Sordorensē, aut *Gigadienſem.* pro *Sodorenſem*, aut *Argadiensē.*

Sed iam ad explicationem ſingularum Vrbium deſcendo. S. *Andreæ Fanum* nobile eſt terra & mari conuenarum emporium, commodo in Fifa ſitu, conditum ab *Heirguſto* Pictorum Rege in gratiam S. *Reguli*, nominatumque *Kirkreuil*, quaſi *Reguli templum* dicas, & à Pictis *Rigmund*, & *Cenrimunt*, ſeu *Conrununt*. Roger. Houeden. pagina CCLXX. fuitis

Re-

Regulus gente græcus, domo Achaius, præcipuæ inter Eccleſiaſticos Patrenſes dignationis, qui diuino monitus inſtinctu, Brachium S. *Andreæ Apoſtoli* cum alijs reliquijs in Albionem detulit anno CCCLXV. & in ea æde ſacra venerandum depoſuit, cuius religioſiſſima manſit multis ſęculis veneratio, donec cum *Athelſtano* Angliæ potentiſſimo Rege *Scoti, Pictiq;* manus conſerturi Crucem D. *Andreæ* in aere ventilatam cernentes, ſpem victoriæ non leuem concipientes, ſe ac poſteros eius Apoſtoli patrocinio ſubmiſerunt, ac in clientelam dederunt, vt deinceps ſub eo ſolo ſigno Reges dimicarent, & potiti victoria, afflictoque grauiſſima clade hoſte, votum vterque Rex ſoluit, loco nomen mutarunt, templum ingentibus donarijs, & anathematis ornarunt. Hect. Boethius lib. X. hiſtor. Scot. pag. CXC. & alij Annales noſtrates.

Exciſo Pictorum Imperio deletoque in Albione gentis illius nomine, *Kennethus* III. Abernetho ſedem Epiſcopalem Andreopolim tranſtulit, circa annum DCCCL. manſitque is antiſtes in præcipuo honore pænè CCC. annis, dicebaturque *Maximus Scotorum Epiſcopus*. Ex eiſdem Annalibus clarum. Poſt multa deinde ſęcula *Iacobo* III. Rege vehementus inſtante, illius ſedis antiſtes *Archiepiſcopus, & Regni Primas*, inauguratus à *Sixto* IV. ſub annum MCCCCLXXI. Licet alij Regni Prælati indignarentur, fremerent, ac ingentes pecuniæ ſummas Regi ad id impediendum offerrent. Append. Hiſt. Scot. pag. CCCXC. fuitque noui honoris primus præſul *Patricius Grahmus*, de quo in ſucceſſione plura, & licet tum quidem Archiepiſcopus inſtitutus, exempta tamen iuri Anglicàno diu antea Scotica Eccleſia, ſcilicet anno MCLXXIIX. vt in vita S. *Gilberti* Morauienſis Archidiaconi extat apud Polydorum Virgilum, Houedenum, & alios.

Vix dici poſſit quam ſanctè, pieque ei antiſtiti Eccleſiæ Scotiæ morem geſſerint, quantaque probitatis fama apud exteros vigeret, vt raro vnquam Regni procuratio Rege minore alijs quam ei committeretur, nec legationes de rebus grauioribus niſi eo miſſo decernerentur: nec immeritò quippe ab initio vſque ad tempus Hectoris Boethij, hoc eſt annum MD. præſules ſederunt XXXVI. & ex his plerique Sanctorum Catalogo adſcripti. Idem lib. X. pag. CCI.

Dunkeldenſis Epiſcopus, ab opido celebri antiquitate in ipſo limine *Calidoniæ Siluæ*, quod nomen ipſum ſignificat, *Dunum* enim noſtrate veteri ſermone *Vrbs* eſt, inde *Taiodunum, Dunbreton, Dunbar, Sorbiodunum* notat Guilielmus Cambdenus Britan. deſcript. in Belgis. Fuit ergo vt

vide-

videtur, Vrbs hæc antiquiſſimum Scotorum emporium, nam ignoto adhuc *Scoti* nomine, vel à mari *Deucalidonij*, vel à Silua *Calidonij* dicebantur. Ouidius, Iuuenalis, Martialis, Silius Italicus lib. I. Argonaut. in limine. Tacit in Agricola à nonnullis Scriptoribus *Calydoniæ Caſtrum* dicitur, aliaque loca priſcum nomen ſeruantia, vt *Caldar, & Calendar.* Ideo Καληδονιοι *Caledonij* populi ſunt *Scotiæ*. Ptolom. *Roſsios* cenſet Abrahamus Ortelius, haud conuenienter; ingens enim terrarum eſt tractus inter *Caledonios*, & *Roſsios*, vt ex Geographis noſtris apertum. Vide ſupra hic capite I. Et adde Iornandem in Gothicis. *Sylorum vultus, torto plerique crine, & nigro naſcuntur, Caledoniam vero in colentibus rutilæ comæ, corpora magna, ſed fluida, qui Gallis ſiue Hiſpanis, à quibus attenduntur adſimiles*. corrigit Iuſtus Lipſius recte *Silurum vultus*, Ptolomæo, & Straboni Σίλυρες. Inſanit Ioannes Lelandus, & ex Itinerario Anonimi Scoti conuinci poteſt. Sed ad Caledoniam redeo, quæ *integra* hoc eſt intacta vocatur à C. Tacito in vita Agricolæ. vbi ſit Galdus, ſeu Galgacus Rex noſter. *Nos integri, & indomiti, & libertatem non in præſentia laturi*, Romana editio præferebat. *Et in libertatem, non in præſentiam laturi*. M. Antonius Muretus alienam, & remotam nimis caſtigationem, licet veriſſimam, figurauit, *In libertatem, non in P. R. ſeruitium nati*. pulchre Lipſius. *In hoc ſententiæ huius penetrantis vis, & velut acies eſt, integros adhuc Caledonios eſſe, & libertatem ſiue vllo iugo illibatam habere, irent igitur, pugnarentq; non vt amiſſam iterum inferrent, ſed vt tot ſæculis retentam, vt ne quis auferret*.

Caſtrum hoc *Calidoniæ* circa annum DCVI. *S. Columba* fuit conſecratum, & Epiſcoporum receptaculum, licet primis mille annis milli certæ ſedi antiſtes adſtringerentur, vt iam dixi. Epiſcopo prima ſedes ſtabilis facta per S. *Dauidem* Regem anno MCX. Hect. Boeth. lib. XII. Hiſtor. Scot. pag. CCLXIV.

Aberdonia, Denana, à Ptolomæo, malè *Deuana*, in excuſis ſic & *DIVA* fluuius male pro *Dena*, ſeu *Dona*. Vrbs duplex, Epiſcopatu, Academia, Salmonum captura vberrima, portu nauali peropportuno, magna ciuium frequentia nobilis, inter *Deam*, & *Donam*, amnes nauigabiles poſita, vnde illi nomen, *Abbir* enim priſco idiomate eſt *prope*, vt *Abberdaur, Abbergeldi, Abborbroth, Abbicorn*, & alia capite ſequenti. Lelandus *Aber oſtium* interpretatur. Huc idem ille S. *Dauid* Epiſcopalem Cathedram tranſtulit circa idem tempus quo ſuperiorem ſedem fundauerat, conuenientius enim, & honorificientius, imo vero & tutius Eccleſia videbatur

in

in munita, ac populoſa ciuitate, quàm vico ignobili conſiſtere, vt inde non tãtum honor, ſed & ſecuritas Eccleſiaſtico ordini acquiretur. Idem mos apud omnes gentes inualuit.

Fuerat ſedes hæc antea *Murthlaci*, ignobili in Marria vico, nullaque alia re, quam Danorum clade celebrato, quorum ingens ibi exercitus memoratur deletus. Boeth. lib. XI. hiſt. Scot. pag. CCXLI. Antiquiſſima rerum noſtratium memoria templum habuit D. *Moloco* Sacrum cuius veneratione & cultu S. *Malcolmus* III. Rex motus Epiſcopatum fundauit. Idem auctor lib. X. pag. CCI. & lib. XI. pag. CCXLV. fundatio facta circa Annum M.XC. & de Epiſcopis, qui ante tranſlationem, & poſt, Aberdoniæ ſederunt, Elegans opus ſcripſit idem ille Boethius, vt ipſe affirmat lib. XI. & hodie extat.

Morauia à populis Germaniæ Morauis, qui veteres incolas *Vararos* expulerunt, nomen habet, hanc regionem etiam *Canti* tenuerunt Humfredo L'huydo auctore, Epiſcopum habet cuius ſedes *Elginiest*, Eſt id oppidum ad *Speæ* fluminis oſtium, cultu indigenarum ædiumque ſacrarum magnifica ſtructura, Auguſta ſacrorum maieſtate, nulli in Europa ſecundum, quis fundauerit non potui deprehendere.

Dumblanum habet Epiſcopi ſedem autoremque loquitur hiſtoria S. *Dauidem* Regem Hect. Boeth. lib. XII. pag. CCLXIV. fundatio incidit in Annum M.C.X. Vrbs ipſa nulla alia re quod ſciam, eſt celebrata, eſt .n. & modica & infrequẽs corruptè vt ſup. in Bulla *Cœleſtini III.* pro *Dublinenſi* habetur. Sic S. *Rumoldus* Machlinienſium patronus *Dumblanenſis* nõ *Dublinenſis* fuit. Aubertus Miræus Topograph. Eccleſiaſt. & *Clemens* Dominicanus *Dumblani* non *Dublini* ſedit, Georgio Neutono autore, à S. *Blano* nomen habet nepote S. *Catani* ex *Ertha* ſorore.

Roſſia prouincia à *Roſſiis* Hiberniæ militibus qui in auxilium à *Scotis* acciti, ceu veterani, eam acceptam à Rege occuparunt, nomenque priſcum, *Lugia*, mutarunt, Epiſcopali eam dignitate auxit idem ille S *Dauid* Rex circa Annum M. C. XI. Boethius loco proximè laudato. Huius ædificij magnificentia pios illius principis affectus loquitur: Nec parum ei ſedi honoris attulit nuper *Ioãnes Leſlæus* Epiſcopus magna integritate in rebus Auguſtiſſimæ *Mariæ* Reginæ noſtræ verſatus.

Brechinum clade Danorum memorabili inclytum, nec longe inde trophæa *Dauidis Dempſteri*, capite ibi Thano loquhabriæ multato, vide lib. IV. de ſcriptor. Scot. in *Gul. Dempſterus* nomẽ ciuitati antiquum erat *Aberlemno* priuſquam Dani fuiſſent deleti. Hect. Boeth. lib. XI. pag. CCXLIII.

CCLXLIII.hanc etiam ſedem bellorum Anglicorum Victor ſanctiſſimus Rex *Dauid* inſtituit. Anno M.C.XI. Ex iſta ſede ſuſpicantur fuiſſe Sanct. Faucianum, qui Concilio II. Matiſconenſi ſubſcripſit Anno DXCII.

Cathenenſis. à prouincia quæ prius *Coruana* dicebatur, Antiſtes nomẽ habet, ſedes Cathedralis in *Dunrodein*, ſeu *Dornockij* à quo fundata, quæratur, eſt tamen antiqua. Vide in Scriptor. Scot. lib. 1. in S. *Adam*. *Adamus Catheneſius*. *S. Foronnanus* ex hac ſede in Belgium Euangeliũ ſparſurus ibat Anno DCCCCLXXXII. Molan. Conſtantin Ghinius Natal. SS. Canonicor. die xxx. Apr.

Orcades Inſulæ Epiſcopalis Cathedrę honore etiã gaudent, cuius fundatio an valde ſit antiqua ignoro, certe conuerſio eſt antiquiſſima. Vide lib. XVII. de Scriptoribus Scot. in *Seruanus*, & lib. XVIII. in Ternanus. Conuerſi enim ad fidem *Orchadiani* anno CCCCXL. quando acceperint Epiſcopum quæratur, ſedes Antiſtiti in Pomona Orcadũ maxima, & ob id *Mainland* noſtrate lingua, ideſt *continens*, à Iulio Solino Polyhiſtore *Dintina* audit à diei æſtiualis longitudine Guliel. Camedenus Theophantus Scotus Monachus Benedictinus D. Iacobi ad muros Herbipolenſes circa annum M.CCCXCVIII. in Commentario ad Iuuenalẽ M.S. q apud me Sat. II. v. CLXII. *minima contentos nocte Britãnos*. *Pomonam Orcadum maximã notat, vbi vix vlla nox in æſtate, & perexiguum diei tempus in hieme, propter vicinitatem poli*. In hac ſunt Paręchię ruſticanæ XII. & vna Ciuitas quæ à Danis condita *Cracouicua* dicebatur, hodie corrupta voce *Kirkua*, & vulgariter *Kirckvva*. Epiſcopium à Georg. Buchanan. lib. 1. Rerum Scoticar. Epiſcoporũm omnium ſeriem vt huius Eccleſiæ, ita omnium in Scotia aliarum, dabo in opere de ſucceſſione Eccleſiæ Scoticæ quod iam adornatur.

Glaſcuenſis Archiepiſcopus factus eſt ſub eodem *Iacob. III*. Rege pallium concedente *Sixto IV*. pontifice primo ſui Pontificatus anno, ideſt anno M.CCCCLXXI. quod ei olim nomẽ fuerit vrbi, non conſtat, illud modo in confeſſo eſt S. *Kentigernum*, ſedem ibi Epiſcopalem habere frequentius ſolitum: quare *ab eo Epiſcopatus nomen accepit*, ait Boethius libro IX. Hiſtor. Scot. pag. CLXVII. à quo tamen fundatio facta, & cẽſus adſignati, apud me in incerto eſt, Academiæ etiam iure gloriatur cuius auctor Antiſtes quidam ipſius. vide lib. XVIII. de Scriptor. Scot. in *Turnbul*. Tp̃s quo ibi ſedem fixit *Kentigernus* incidit in annum D.LX. digna ſanè tanto loco antiquitas, cui multũ ſplendoris addidit Iacobus Betonus

nus, *Io. Hamilton* Mariæ Reginæ charus, Antiſtes, & Martyr, & Vvalterus Vvardlau Cardinal. Vide libr. XI. de ſcript. Scot. & lib. XIX. & lib. IIX.

Candidę Caſę vulgo *Vvhytherne* Epiſcopatus etiam *Gallouidianus*, à *Gallouidia*, ſeu *Galdia* prouincia vocatur.

Ratio nōis quod *ſolum illud in Scotia templum more Britonum ex candido eſſet lapide* Beda autore, dixi lib. XIII. de ſcriptor. Scot. in S. *Ninianus*. Is enim & ſedem illam primus fundauit & celeberrima pietatis fama obijt ibidem Anno CCCCXXXII. Sedem labentem ædesque uetuſtate collapſas Rex *Mordacus* reparauit circa Annum DCCXXV. Annales Scotici Boeth. lib. IX. pag. CLXXXI. primus reparatæ ſedis Epiſcopus S. *Plechelmus*, quem S. Bedæ relatio, & S. *Bonifacij Scoti* literæ ornant, peregrinatione Regū celeberrimus hic locus Io. Læslæus lib. VIII. pag. CCCXLIV.

Liſmorenſis Epiſcopatus in *Argathelia*, ſiue *Argadia* prouincia Silueſtrium *Scotorum*. Hic ſedes fuit iam tum cum ad fidem *Scoti* cōuerſi sūt, argumento liquido eam eſſe veram *Scotorum* linguam qua vtuntur hodie Silueſtres illi, fundauit S. *Vvilhelmus* Rex circa Annum M. CCX. Hect. Boeth. lib. XIII. hiſt. Scot. pag. CCLXXVIII. Multa in ſcriptoribus meis.

Sodorenſis ſiue *Inſularum* occidentalium *Hebridum* Epiſcopatus omnium apud noſtrates primus, in vltimum nunc locum reiectus, dignitatis ſuæ, aut priſtini ſplendoris nihil retinet. Sedes hodie D. *Columbę* ſacra eſt.

Hanc *Crathlinthus* Rex erecto magnificentiſſimo templo, & donarijs pretioſiſſimis ornato, inſtituit circa Annū CCCXXII. Hect. Boeth. lib. VI. pag. XCIX. Aubertus Miræus in Geograph. Eccleſiaſt. *Hebridum Epiſcopum* vocat. Has alij *Ebudas* vocant, Phtolomæus, alijs *Ebudę* ſunt Stephano de Vrbib. & *Ebonię* Plinio vt notat Mercator. *Betorica* Æthico in Coſmograph. autori veteri, ſed de prauatiſſimo, *Meuanię* S. Bedæ, vernacule ſunt *Levves*. hic Iona tot ſæculis regum Scotorum ſepultura, & pene centum ſancti qui incoluerunt, alibi dictum.

Monaſteria & Cœnobia celebria vbique Scotici Regni enumerata, & quorundam fundationes erutæ. Eorum fœda depopulatio. Cap. XV.

MOnaſteriorum toto Regno *Scotię* illuſtriorum Nomenclaturam excogitabam, quibus Scotia cuilibet Europæ Regno pietatis & magnificentiæ titulo par erat, ſed hanc mihi curam rei conficiendæ difficultas excuſſit, & vel illud præ omnibus deterret, quod longiſſimè à patria, & popularium colloquijs poſitus, nullus ſit autor quem in hoc ſcribendi genere imitari poſſim, Dabo tñ operã, vt ſaltẽ hic *Cucurbitas*, quod aiũt *pingam*, Protogenes aliquis aut Apelles Scoticus viuos colores inducet. Eorũ ergo, quæ obſeruaui ego, hæc eſt Nomenclatura.

I. *Monaſterium Trioit in Scotia*, ait S. Adamannus in vita S. Columbæ cap. xx. lib. I.

II. *Diuini ruris*. Idem lib. II. cap. XXII.

III. *Birra*. idem lib. III. cap. III.

IV. *In Inſula Inhisbouinde, ideſt vitulæ albæ in Oceano Occidentali Monaſterium ſtruxit S. Colman Scotus*. Beda lib. IV. Hiſtor. Eccleſiaſt. Gent. Anglor. cap. IV.

V. *In Inſula Hydeſtenati Monaſterium arx omnium ſeptẽtrionalium à S. Aidano Scoto conditum*. Idem lib. III. hiſt. Eccleſiaſt. cap. III.

VI. *In Inſula Hu vel Hij Monaſterium caput omnium Cœnobiorum*. idẽ III. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. XXI. lib. IV. cap. IV. *à S. Columba fundatum*. idem fusè lib. V. cap. X. Huntindon. lib. III. pag. CLXXXIX.

VII. *Mailros à S. Eata Scoto fundatum ad Tindi fluminis ripam*. idem libro IV. cap. XXVII. Sed lege Tuidi, cuius circumflexu clauditur. idem lib. V. cap. XIII. D. Bernard. in vita S. Malachiæ pag. M. D. CCCCXLII. nidus hic ſanctorum.

IIX. *Ingethlingum*. idem lib. III. cap. XXIV.

IX. *Rathmelſigi* idem lib. III. cap. XXVIII.

X. *Maildubenſe*. Ioannes Trithemius lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt. pag. CC. XLVII. ſed non affirmo.

Atque horum quidem monaſteriorum monimenta ſunt corrupta, nec vlla certa fundationum memoria, nunc vero ea ſubtexam, quorũ autores indubitati, ac monachorum profeſſio certa: & ſic ſe habent.

In-

XI. *Inſulæ Ionæ*, ſeu *Iromekil* à S. *Columba* nigris monachis aſſignatum monaſterium. Hect. Boeth. lib. VI. pag. CX. *Ferguſius* II. Rex condidit ac ſepulturæ regum addixit. Idem lib. VII. pag. CXIX. Auxit reditus *Eugenius* rex eodem lib. pag. CXXII. templum vero vetuſtate collapſum ædeſque monachorum ruinæ imminentes reparauit *Malduinus* rex, & S. *Columbæ* denuo ſacrauit idem lib. IX. pag. CLXXVII. & alij hiſtorici.

XII. *Sandal in Kyntyre* fundauit *Surle Maderdy* vt habet charta originaria, ordinis fuit Ciſtertienſis. Et Ciſterſienſem quidem ordinē reformauit S. *Stephanus Hardingus* Scotus, male *Arduinus* à quibuſdam dictus, vt in ſcriptorib. Scot. plurib. differui lib. VII. Eratq. poſt reformationem inter XXXVI. prouincias, Scotia mea XXVI. vt ex Nomenclatura patet apud Arnoldum vnionem lib. I. ligni vitæ cap. XLIII.

XIII. *Glenlus* in *Galvveia* ordini Ciſtertienſi, erexit vero princeps de Galueia *Rothelandus* filius *Othredi* pater *Alani*.

XIV. *Sedes Animarum* vulgo *Saulſet* in *Galvveia* ordini Pręmonſtratēſi fundauit *Ferguſius* princeps dicti *Othredi* pater.

XV. *Dulcicordis* vernacule *Neuabbay* in *Galuueia*, fundator *Deruorgilla* filia *Alani de Galuueia*, neptis vero *Dauidis* de Huntinton qui poſtea regnauit. Hæc ſola penes Abbatem catholicum, inuitis hæreticis, remanſit.

XVI. *Dundran in Galvveia.* fundat Ciſtertienſi ordini S. *Dauid* rex. Hect. Boeth. lib. XII. hiſtoriæ Scoticæ pag. CCLXXIV. ex hoc S. *Richardus Sacriſta* fuit, & *Thomas* Abbas Pontificis elector Cōcilio Conſtantiēſi MCCCCXXXIX. qui *Donduno* male ab Onufrio dicitur apud Ioannem Gualterium Chron. Chronicor. Demochares à *Dundraina* vocat.

XXVI. *Tungland* in *Galvveia*. ordini Pręmōſtratenſi fundatum à *Ferguſio* principe *de Galvveia*. dixi in ſcript. Scotis.

XIIX. *Sacri nemoris* vulgo *Halyvvod*. fundat in *Galvveia Dircongal*. cuius filius *Ioannes à Sacroboſco*. vt probatū multis lib. XVI. ſcriptor. Scot.

XIX. *Corſraguel* corrupte pro *Cruce Regali* in *Carrica*. ordini Cluniacenſi fundauit *Ducanus* Comes de Carrik.

XX. *Kilvvinnine* in *Cuningham* ordini Tironēſi fundauit *Hugo Mernillus*; nepos illius, qui S. *Thomam* Cantuarienſem interfecit, & in

Scotichronico, natus ex fugitiua in Scotia.

XXI. *Paſlatum* in *Clyſdale*, ordini Cluniacēſi fundat *Vvalterus Stevvart* vt in Richardi Bruni collectaneis. *Alani filij regis Dapifer.* Scotichronic. lib. VIII. cap. XXV. vel *Alexander Stevart*, cuius nepos ſub *Alexandro III.* Rege, mira fortitudine dextrum aciei cornu duxit. Hect. Boeth. lib. XIII. pag. CCLXXXVII. dictum in ſcript. Scot. Anno M.CLXXVII.

XXII. *Iedvvod* in *Clydeſdale*. ordini S. Auguſtini fundat S. *Dauid* Rex. Hiſtorici vocant *Iedburgum*. Hect. Boeth. lib. XII. pag. CCLXIV hoc cum XX. millibus Anglorum, Comes Surræus impijſſime, *Iacobi* V. Tempore, expilauit & deuaſtauit, nec loci reuerentia rapaces militū manus coercuit. Clades ea cōtingit Anno M.DXXIII. Ioan. Leslæus lib. IX. nomen à fluuio ſiluam interluēte, quare melius *Iedvvod* quam *Iedburg.* ſic enim Scotichronicon. habet lib. X. cap. XL.

Vnda Nemus vere duo ſunt bona, nata placere,
Compoſitum de ſe dic ſingula laudis habere.

XXIII. *Kelſo* in *Teuidalia*. ordini Tironēſi fundauit S. Dauid rex. Hect. Boeth. loco laudato.

XXIV. *Dryburgus* in *Teuidalia* ordini Præmonſtratenſi fundauit *Hugo Meruillus* pater illius *Hugonis* qui in *Kyla* fundauit monaſterium Kilvvinnine, aut verius in *Cuninghamia*, vt ſupra nepos vero ex ſorore, illius *Hugonis*, qui S. Thomam Cantuarienſem interfecit. Anno M.C.L. dies S. Martini. Roger. Houeden. Annal. parte I. pag. CCLXXXI.

XXV. *Sanctæ Crucis*, vulgo *Halyrudhouus*, in laudonia prope Regiam Edimburgum in ſilua condita, vbi die feſto S. *Dauid* rex venatus à Ceruo percuſſus dum cornu comprehenderet, Crucis imaginē non Cerui cornu vidit, eodemque loco cœnobium magnificētiſſimum erexit, & D. Auguſtini canonicis conceſſit, ut narrat illius loci Martyrologium. Hect. Boeth. deſcriptione Scotiæ Annus fundationis MCXIII. meminit *Clemens* III. apud Rogerum Houedenum diligentem, ſed in rebus Regum noſtrorum, mendacem, ſcriptorem par. II. pag. CCCLXIX. primus Abbas S. *Alvvinus* S. Dauidis Regis confeſſor.

XXVI. *Neubottil* in *Laudonia* ordini Ciſtertienſi fundat S. *Dauid* rex. Boeth. lib. XII. Mentio in literis *Clementis* III. eodem loco.

XXVII. *Campus Kennethi.* vulgo *Cambuskinneth*, prope *Stirlingum.* ordini S. Auguſtini idem rex fundauit. Hect. Boeth. ibidem, nobile morte & ſepultura Iacobi III. regis, Leslæus lib. VIII.

XXVIII. *Inſula Miſſarum* in *Stratherne.* ordini S. Auguſtini fundauit *Gilbertus* Comes Stratherniæ, vt in charta originaria continetur. Boeth. lib. XIV.

XXIX. *Culros* in *Klakmananshire.* ordini Ciſtertienſi fundauit *Malcolmus* Comes Fifenſis.

XXX. *Dunfirmelin.* nigri ordinis Benedictinis fundauit S. *Dauid* Anno M. CXIII Boeth. loco laudato. hoc Angli nefarie ſpoliarunt, religione loci nihil moti, Vveſtmonaſt ad Annum MCCCIII. & alij ſcriptores, ſepultura SS. regum quatuor nobile.

XXXI. *Emonia Inſulæ.* ordini s. Auguſtini fundauit rex *Alexander* I. cognomento *Ferox.* hoc hiſtorijs aſſeruandis ac publicis regni monimentis reponendis dicatum. Hect. Boeth. Scotiæ deſcriptione.

XXXII. *Londoris.* ordinis Tironenſi in *Irneſide* fundat *Dauid* Comes de Huntintone *VVilhelmi* regis frater, capta *Ptolemaide*, à ſuis militibus, *Scotiam* redux, poſſeſſiones & fundos eiaſſignauit, Anno M. CLXXVIII. Scotichr. li. VIII. ſerpētes alit innoxios, nec vllū venenatū ibi uiuit animal. Hect. Both. lib. XIII. pag. CCLXXVI.

XXXIII. *Balmurein.* vulgo *Bamurenoch* in *Fife.* ordini Ciſtertij fundat *Emergarda* Regina Regis *Vvilhelmi* uxor & beata *Mariæ* ſemper virgini dicauit. Hect. Boeth. Scotiæ deſcriptione. Obijt Regina III. Eidus Februarij M. CCXXXIII. ſepulta in eo Cœnobio. Scotichronic. lib. IX. cap. XLVIII.

XXXIV. *Scona* in *Gavvrea.* ord. S. Auguſtini fundauit rex *Alexander* I. & S. *Trinitati*, & S. *Michaeli* dicauit, cuius meminit Bulla Papæ *Clementis* III. apud Rogerum Houedenum par. II. hiſtor. pagina CCCLXIX. Hic lapis fuit fatalis coronandis Scotiæ Regibus à regni principio veneratione ſumma habitus Hect. Boeth. lib. XII. pag. CCLXIV. lapidi ex Aegypto vt fabulantur, allato hi verſiculi inerant

Ni fallit fatum, Scoti quocunque locatum
Inuenient lapidem, regnare tenentur ibidem.

XXXV. *Cuprum* in *Anguſia.* ordini Ciſtertienſi fundauit S. *Malcolmus* IV. rex cognomento Virgo. Anno MCLX. ab eodem rege Deiparæ dicatum. Boeth. deſcriptione Scotiæ, & lib. XIII. hiſtor. pagina

na CCLXX. Alij itidem hiſtorici. fundationẽ in annũ MCLXIV redijcit Houedenus. pag. CCLXXXIII.

XXXVI. *Abbirbrothe*. vulgo *Arbroth*. in *Anguſia*. Turonenſi ordini fundauit *Vulhelmus* rex anno M. CLXXVIII. Scotichron. lib. VIII. cap. XXV. Monachi iſti Benedictini *Chalco* acciti fuerunt, qui Regulam maioris monaſterij Turonenſis in Gallijs ſeruarent ob honorem S. Alcuini Scoti, qui Carolum Magnum inſtruxerat, & Academiam Pariſienſem fundarat. Hect. Boeth. lib. XII. pagina CCLXXIII. Dixi multis in ſcriptoribus Scotis in *Reginaldo* Cardinali.

XXXVII. *Deer* in *Buchania* ordini Ciſtertienſi fundauit *Vuilhelmus Cumin* Comes Buchaniæ. charta fundationis.

XXXVIII. *Killos*, aut *Kinlos* in *Morauia* ordini Ciſtertienſi fundauit S. *Dauid* rex, Hect. Boeth. deſcription. *Scotiæ* nomẽ à floribus habet, qui præter anni naturã derepente uicino cãpo pullularunt, dũ S. *Duffi* Regis corpus reuelaretur, quaſi *Kilflos*. idem Boeth. lib. XI. hiſt. pag. CCXXIV. fundatum eſt anno M. CX. Charta fundationis. Errat Rogerus Houedenus Annal. par. I. pag. CCLXXXI. qui anno MCL factum vult.

XXXIX. *Ferne* in *Roſſia*. ordini Præmonſtratenſi, fundat Comes *Roſſenſis Alanus*.

XL. *Candidæ Caſæ* vulgo *Vvhitherne*. in quo reliquiæ erant S. *Niniani*. de ſcriptor. Scot. Beda. Vveſtmon. Malmesb. Vvigornien. Houeden. Huntidon.

XLI. *Calco* Benedictinis fundat S. *Dauid*, inchoatũ, & abſolutum itidẽ anno M. C. XIII. Hect. Boeth. lib. XII.

XLII. *Halutcuſtrain*. ab eodem rege patribus ijſdem fundatum. ibid.

XLIII. *Holme* in *Cumbria*. ordini Ciſtertienſi fundauit S. *Dauid* cum illa prouincia *Scoticæ* eſſet ditionis. ibidem.

XLIV. *Ad nouum caſtrum*. ordini Præmonſtratenſi fundauit idem Rex ſanctus monaſterium. ibid.

XLV. *Ad nouum caſtrum*. ordini Benedictinorum nigrorum ab eodem Rege ſanctiſſimo cœnobium conditum, & dotatum ibid.

XLVI. *Abermorenochtum*. ordini Ciſtertienſi fundat S. *Vuilhelmus* rex uel ut alijs uiſum, *Emengarda* regina magnificẽtiſſime illud dotauit ſub annum M. CCXIV. idem lib. XIII. pag. CCLXXIX. vbi loci fuerit non reperi. vide Leslæum lib. VI. pag. CCVII.

Caſtri

XLVII. *Caſtri Calidoniæ.* Antiquum & religioſum opus fundatum olim eſt à *Conuallo* rege rogatu S. *Columbæ*. Boeth. lib. IX. pag. XLXVI. Fundatio incidit in annum DCVII.

XLIIX. *Colum cœli.* fundatum à S. *Columba* anno DC. idem lib. IX. pag. CXC. *Kil* enim *templum* ſignificat.

Atque hæc quidem monaſteria certos habent fundatores, ſed quæ ſequuntur, & ſi ſunt non minus celebria, tamen nec Monachorum profeſſionem nec regionem, nec denique autores, aut conditores deprehendere potui. Nomina autem quæ collegi, ſunt iſta.

XLIX. *Bearnenſe.* cœnobium Scoticum Schola vicinorum populorũ, & maxime Hibernorum, & Anglorum qui ibi erudiebantur. B. Marcellin. in vita S. Suiberti cap. III. dixi multis lib. VIII. de ſcriptor. Scot. in ſanct. *Higbaldus.*

L. *Inſulæ Himba.* Nobile & antiquum erat monaſterium tempore S. *Columbæ* eius meminit S. Adamanus multis locis tribus libris de vita ſanct. *Columbæ*. ego dixi ad lib. V. ſcriptor. Scot in S. *Ernanus* qui primus ei præfuit.

LI. *Menros*, aut *Manros.* vulgo *Mons Roſarum.* meminit Thomas Vvalſingham. in *Eduardo I. pag.* LXIV.

LII. *Steruilina.* Bulla *Clementis III.* Papæ apud Rogerum de Houeden. pag. CCCLXIX. Trinitariorum fuit.

LIII. *Ebercurne.* vulgo *Abercorne.* Henricus Huntintoinenſis libr. IV. pag. CXCI. Benedictinorum, vt opinor, nunc Hamiltoniorum patrimonium.

LIV. *Inſulæ Chafrey.* prope perthum.

LV. *Inſulæ Mahomo.* Canonicorum, vt puto, regularium.

LVI. *Cukois.* in *Fifa.* Deiparæ Virgini ſacrum Hector Boethius deſcriptione Scotiæ.

LVII. *Petmoacum.* B. Virgini ſacrum etiam in *Fifa.* ibidem.

LIIX. *Pettinvveim.* Deiparæ ſacrum. ibidem

LIX. *Glaſſimbri.* idem lib. XIV. hiſtor. Scoticæ pag. ccciv.

LX. *Reſtennotum.* idem lib. IX. pag. CLXXII.

LXI. *Nothl.* idem lib. XII. pag. cclxIIX. Deiparæ hic imago præcipua veneratione habita.

LXII. *Roxburgus.* oppidum poſtea celebre. *Marchenium* olim vocatum idem lib. XII. pag. CCLXV. varias belli vices expertum, tandem

à *Richardo* I. Angliæ Rege Scotis redditum. Matth. Vveſtmonaſterien. ad annum M.CLXXXIX. Scoticæ ditionis antea fuiſſe loquitur *Richardi* edictum ibidem.

LXIII. *Aberbredoc* Kuidel. *Famoſiſſimum Cœnobium, facultatibus opulentiſſimum, ædificijs munitiſſimum.* ait idē Vveſtmonaſt. ad annum MCCCIII. ab Anglis *Scotiam* depopulantibus fœdè direptum, expilatumque eodem anno.

Sequuntur Prioratus numero quidem per vniuerſum regnum quantum deprehendere potui XXV. ex his ſi rectè obſeruo, conuentuales ſunt XI. Cæteri monaſteriorum tantum Cellæ. & hic eſt ordo ſingulorum.

LXIV. *Dunelmia.* vulgo *Durhame.* Epiſcopatus etiam in Anglia, vbi S. *Cuthberti Scoti* corpus quieſcit prioratum fundauit ſanct. *Malcolmus* III. dixi in Scot. ſcript. lib XVIII. in *Turgotus*.

LXV. *Carleil.* fundator s. *Matilda.* s. *Malcolmi*, & s. *Margaretæ Scotiæ* Regum filia, Angliæ Regina. dixi lib. XI. ſcriptor. Scotor. hęc ſanctimonialis per vim clauſtro educta, ſpiritu propheriæ inclyta, cognomento *Bona.*

LXVI. *Orneſey* in *Inſulis.* ordini ſancti Auguſtini fundauit s. *Columba.* Leslæus. hic s. *Buonis* cognomento *Bardi* corpus, & opera, religioſa cura, aſſeruabantur.

LXVII. *Ardeatan.* in *Lorne.* ordinis Vallis Caulium fundauit *Duncanus Maccoul.* eſt autem hic ordo S. Benedicti propago quædam. Arnold. Vuion. lib. 1. cap. L.

LXIIX. *Candidę Caſæ* in *Galvveia.* præter Epiſcopatum & Abbatiam Prioratum ordini Præmonſtratenſi fundat Comes *Ferguſius.* puto ille idem qui Monachus obijt, ad S. Crucis prope Edimburgū ſepultus: Martyrologium loci.

LXIX. *Inſulę S. Marię* in *Galvveia* ordinis S. Auguſtini, Cella S. *Crucis.* multis reliquijs nobilitatur.

LXX. *Machlyne.* in *Cuninghame.* ordinis Ciſtertij. Cella de *Mailros.*

LXXIX. *Coldinghā* in *Mers*, ſeu *Marchia* ordinis ſanct. Benedicti. Cella *Dunfermelini* celebris incolatu ss. *Ebbæ & Ethelredæ* Reginarum, martyrioque conſecrata domus.

LXXX. *Leſmohago* in *Clydeſdale.* ordinis Turonenſis, Cella de *Kelſo.* Brunus, & charta originaria.

In-

LXXXI. *Inſulæ S. Colmoci* ordini S. Auguſtini fundat *Mordacus* Comes de *Monteth.*

LXXXII. S. *Andreæ* in *Fife* ordini S. Auguſt. fundauit rex *Alexander* I. Hect. Boeth. lib. XVII. pag. CCCXLVIII. Huius Priores ſolemni Comitiorum Regni conuentu omnes Abbates præcedebant, non modo ex veteri prærogatiua ſed et ſententia *Iacobi* I. Regis cõtendente Abbate de *Calco*, vt eſt in Scotichronico lib. vi. cap. XLIX. notat diligens autor Auguſtinus de Nouis Ticinenſis in progreſſu Canonicor. Regul. pag. XLIX. vt inde appareat Scotichronicum non fuiſſe peregrinis ignotum, nam & ille, & Vuion citant.

LXXXIII. *Maij* in *Inſula* ordinis S. Auguſtini. Cella S. *Andreæ* S. *Andriano* Martyri ſacrum Hect. Boeth. lib. x. pag. CCvi. Multorum martyrum à Danis cęſorum corporibus felix.

LXXXIV. *Inſula de Leuin.* ordinis S. Auguſtini. Cella etiam S. Andreę S. Philano dicata, ad quem creberrimi tota inſula concurſus, & piorum peregrinatio. poſteriorib. etiam temporibus cuſtodia Mariæ Reginæ duriſſima.

LXXXV. *Vrckart* in *Murrauia.* ordinis nigri S. Benedicti Cella de *Dunfirmelin.*

LXXXVI. *Reſtennot.* in *Anguſia.* ab Abbatia, vt puto, diuerſum. ordinis S. Auguſtini. Cella de *Iedvvod.* ſed de hoc delibero.

LXXXVII. *Blantyre* in *Clydeſdale.* Cella de *Iedvvode.*

LXXXIIX. *Canaby.*

LXXXIX. *Fyui* in *Buchane.* ordinis Tironenſis. Cella de *Abirbroth.*

LXXXX. *Bevvlin* in *Roſſe.* ordinis Vallis Caulium, ſeu de Valle Caulium, qui ingreſſus *Scotiam* fertur anno M.CCxxx. Scotichronic. lib. ix. cap. XLvii. Hunc prioratum vero fundauit *Ioannes Biſet*, à quibus Dempſteri habuimus *Achterles* præcipuum familiæ noſtrę hac tempeſtate patrimonium.

XCI. *Scharinche* in *Levvys.* Cella de *Inſula Miſſarum.* alij conuentualem faciunt. S. *Catani* incolatu nobilis.

XCII. *Pluſcardi* in *Murrauia* ordinis Vallis Caulium fundat *Alexãder* II. rex Equitibus Melitenſibus, vt puto, quondã parebat, niſi duo hic ſunt monaſteria diuerſa.

XCIII. *Monymusk.* in *Mar* ordini ſancti Auguſtini fundauit Epiſcopus S. Andreæ.

XCIV. *Strathfolan* in *Mar.* Cella *Inſulæ Miſſarum.*

XCV. *Locthay* in *Mar* ordinis S. Auguſtini, Cella *Scone.*

XCVI. *Carthus* apud *Perth.* ordinis S. Benedicti fundat Rex *Iacobus* I. aliud & lõge diuerſum a Carthuſiano, hæc ſunt uirorum in *Scotia* Cœnobia celebriora. fœminarum ſubtexam.

XCVII. *Coldinghame* in *Mers* aliud ab Abbatia dicta, etiam S. *Ethelredæ* reginæ Incolatu, & Sanctitate clarum ſub annum DC. Polydor. Virgil. lib. IV. hiſtor. Anglic. pag. Lxxxv. Dixi ſcriptor. Scot. lib. v. in S. *Ebba.*

XCIIX. *Inſula Ionæ.* ordinis S. Auguſtini, *quæ ferunt Rochetam,* ait Polychronicon. fundator S. *Columba*, vt aiunt, quis dotarit, non reperio.

XCIX. *Sovvthbervvick.* ordini Benedictino fundat S. *Dauid* rex Monia les ſunt nigræ. reliquia hic S. *Heinæ* primæ in ea inſula dicatæ Deo Virginis, requieſcebant.

C. *Northberuick.* ordini Ciſtertienſi fundat *Malcolmus* Comes Fifenſis. prior tamen fundatio eius, ſed cẽſus minor, hic Dominicæ Crucis, magna veneratione, fragmentum.

CI. *Egles* in *Mers* ordini Ciſtertienſi fundat Comitiſſa *Marchiæ*, ſeu de *Mers.* anno M.C.LIV. Roger. Houe. pag. CCLxxxI. in limine partis II.

CII. *Couldſtreim.* in *Mers* ordini Ciſtertienſi fundauit Comes *Marchiæ*, ſeu de *Mers Coſpatricus.* aut vxor eius, vt alij probabilius putant Agatha.

CIII. *Hadinton.* in *Laudonia* ordini Ciſtertienſi fundat *Ada* Comitiſſa *Huntintoniæ* vxor Comitis Henrici mater Regis s. *Vvilhelmi.* Cõdidit anno MCLXIII. Boeth. lib. XII. pag. CCLXIII. obijt vero anno M.CLXXVIII. Scotichron. lib. VIII. cap XV. & Martyrologium S. *Crucis.*

CIV. S. *Bothani* in *Lamirmure* ordini Ciſtertienſi fundat *Euphemia* Comes Marchiæ.

CV. *Mannel.* in *Stirlinshyre.* ordini Ciſtertiẽſi fundat S. *Malcolmus* IV. rex cognomento Virgo, & ſplendidè ditauit.

CVI. *Elquho* in *Stratherne* ordini Ciſtertienſi fundauit *Dauid Lindſay.*

CVII. *Gulyn. Southberuik.* Cella.

CIIX. *Lincludan.* ordini nigro S. Benedicti fundauit *Vthredus* pater

Rothe-

Rothelandi fundatoris de *Glenlus*.

CIX. *Tres fontes* in *Lamirmure*. Cella *Southberuick*.

CX. *Elbotil*. Cella *Southberuick*.

CXI. Moniales apud *nouum caſtrum* Rex *Dauid* Sanctus fundauit, vt narrant Hiſtorici noſtrates. Hic quatuor Epiſcopatibus fundatis, & conditis dotatiſq. ſeptemdecim monaſterijs nobiliſſimis prædia coronæ ac ius Regium vehementer imminuit vt *Iacobus* I. dixerit eum *ſanctum Coronæ grauem*, ſed in cælis recepit.

CXII. Moniales ad *Beruicum* inſtituit idem rex. Hect. Boeth. loco toties laudato.

Proximè ad ſplendorem Cœnobiorum illuſtres accedebant præfecturæ, quas apponam. ex Gilberto Bruno.

CXIII. *Abirnethea*, quam fundauit rex Pictorum *Garnard* filius *Macdouach*. anno M.CCLXXIII. *Keldeis* expulſis Canonici Regulares inducti Scotichronic. lib. X. cap. XXXIII.

CXIV. S. *Andreæ* fundauit *Conſtantinus II*. rex.

CXV. *Bothvval*. fundat *Archibaldus* primus de *Douglas* Comes.

CXVI. *Linclovvdane* fundator idem.

CXVII. *Dalcketh* fundat *Iacobus Douglas* pater.

CXVIII. S. *Bothanis* fundat *Iacobus Hay de Zeſter*.

CXIX. *Maybole*. fundat *Iacobus Kennedy* miles.

CXX. *Corſtarphin* fundat *Ioannes Forreſter* Presbyter.

CXXI. *Carnevvath* fundat *Thomas Sommervvil*.

CXXII. *Methfane* fundat *Vvalterus ſteuart* Atholiæ comes.

CXXIII. *Dumbar*. fundat *Georgius de Dumbar* pater comes *Marchiæ*.

CXXIV. *Kilvvinnine* in *Covval* fundat *Duncanus Cambel* de *Iavvquhavv*.

CXXV. *Killeſmont* fundat *Andreas Dempſter*.

CXXVI. *Dirleton* fundat *Vualterus Haliburton* miles, & conſtituit præpoſitum bello ſacro redux.

CXXVII. *Roſlin* fundat *Vvilhelmus de S. Claro Comes*.

CXXIIX. *Dunglas* fundat *Alexander Hume*.

CXXIX. *Athterles* fundat *Dauid Dempſter* Baro de Muresk v. & *Achterles* IX. anno M.CCCCIII. charta originaria, & Acta illius familiæ.

CXXX. *Brechin* fundat *Iacobus Dempſter Baro de Carreſtoun* filius

Ioan-

Ioannis,qui obijt in Gallia exul,ſepultus Pariſijs in æde Franciſcanorum Polychronicon.

Quæ hactenus monaſteria enumeraui pertinebant ad religioſum ordinem D. Auguſtini aut D. Benedicti, qui nuſquam latius ſe diffudit,quam in Scotia nec vlla *Congregatio* nobilior, vetuſtior ſanctior *Scotica*.Arnold Vvion.lib.v.lig.vit.cap.xi. Et ſunt omnes illi primi ſancti patres qui recenſentur in ſcriptor. Scotorum libris meis xix. pene Benedictini, aut Canonici Regulares, aut Culdei,ſiue patriam ſuam beatũt incolatu ſuo,ſiue Chriſti vexillum adgentes peregrinas extulerunt. Nunc aliorum Sanctorum Romanæ Eccleſiæ ordinum monaſteria in regno Scotiæ ad ponã.

Carthuſianos ex Anglia in Scotiam ſecum adduxit *Iacobus* I. rex octodecim Annorum cuſtodiam,& tyrannidis Anglicanæ immanitatem ſola hac ratione conſolatus. Eum igitur redeuntem ſecutus *Oſualdus*,vt in ſcript. Scot. videre eſt lib. xiv. cuius vitæ ſingularis continentia ordo ille ſanctus altiſſimas egit radices, & habuit inſignia Monaſteria.

Perthanum antea nominatum,quod in *Valle Virtuoſa* ait charta fundationis,ſiue *in Villa S. Ioannis B. Oſualdus* à magno priore dimiſſus liberalitate regis *Iacobi* erexit,& primus prior fuit,cui ſucceſſit *Adam de Hangaliſide Scotus, qui in partibus tranſmarinis per magna tempora religioſiſſimè in ordine ſtetit*:ait Scotichronicon libro XVI. cap. XVIII. Annus fundationis rudibus his verſiculis continetur MCCCCXXIX.prima hæc domus ſæuientis per miniſtros ſuos Sathanæ inſultus excepit,prima ſolo toto regno æquata.

Annus millenus, vicenus, ſicque nouenus.
Quadringentenus Scotis fert munera plenus.
Semina florum, germina morum, myſtica mella.
Cum tibi Scotia ſit Carthuſia ſponſa nouella.

CXXXI. *Pluſcardi* in *Murrauia* fundauit rex *Alexander II.* vt volunt. Sed ego dubito,nam ſi *Iacobus I.* ordinem eum in *Scotiam* intulit primus,qua ratione potuit *Alexander II.* ducentis annis plenis illum præcedens ordini conuentum,aut Cœnobium erexiſſe?

CCXXXII. *Bevvlin* in *Reſſia* fundat *Ioannes Biſet*,alius ab eo,qui Prioratum Benedictinis de Valle Caulium fundauit nam Carthuſianum hoc monaſterium non niſi poſt regnum *Iacobi I.* condi potuit.

tuit. hi vero *Scotiam* ingreſſi anno MCCXXX. Scotichr. lib. IX. cap. XLVII.

CXXXIII. *Ardchatanin Lorne* fundat *Duncanus Macculloch.* Tabula prouincialis Carthuſiana in Scotichronico laudato,& fuſius libro XVI.cap XIX.& alibi.

Pergo ad alias Religioſorum familias, quæ non minori ſanctitatis voto *Scotiam* meam ornarunt,& bearunt,ſed obſcurior earum eſt memoria.

Trinitarij ab *Innocentio III.* Confirmati in *Scotiam* penetrarunt,clara ſanctitatis opinione *Gulielmum* etiam *Scotum* magnum magiſtrum habuerunt ordine.III.qui fratribus ſuis Cœnobium erexit Atrebati in S.Vincentij ſuburbio ſub annũ MCCX.vt exiſtimo. Ferreolus locrius Chronico Belgij pag.CCCLXXXII. vide ſcriptor.Scot.lib.VII.Monaſteria hic egregia poſſederũt,quæ recenſebo,vt potero.

CXXXIV. *Aberdonia.* fundat S.*VVilhelmus* rex domo ſua regia in Cœnobium verſa,ait Hect.Boeth.lib.XIII.pag. CCLXXIX. annus vero fundationis putatur eſſe M.CLXXXI. dirutum ab Hæreticis.Ioan.Læsl.lib.X.pag.DLXIII.

CXXXV. Fale,cuius fundatio eſt incerta,vt ſequentium.

CXXXVI. *Houſtoun.*

CXXXVII. *Pebles.* Hic crux cum S.*Nicolai.* cuiuſdam corpore,in ſummis regni noſtri bonis habebatur.Scotichron.

CXXXVIII. *Cathnes.* Comitum loci munificentia

CXXXIX. *Crenach.S.Gilberti* Epiſcopi religione honoratum.

CXL. *Scoticum Vallum.* nec plura deprehendo.

Templarij etiam apud noſtrates pietatis gloria non parum floruerũt, qui ordo militaris ſacro bello ſub *Gotfredo Bullonio* exortus pacandis ſcilicet itineribus,& ſancto templo ab Infidelibus propugnando extinctus per *Clementem V.* Concilio Vienneñſi circa annum Mcccv.dixi ſæpe in ſcriptor.Scot.Hi *fratres rubri* à noſtratibus dicti quod purpura tantum induerentur, plura monaſteria in *Scotia*,& quidem opulentiſſima poſſidebant,ſed ego non potui eruere,vnum tantum adnotaui.

CXLI. *Torfichen.* vbi Acta ordinis magna cura ſcribebantur, ſed nunquam in manus meas venerunt.

Ordo

Ordo etiam *Bethlemitarum* piè & ſanctè in eo regno fuit, ſed vnicum tantum Cœnobium illius deprehendo.

CXLII. S. *Germani*. ſunt hi, vt puto, D. Hieronymi regulæ ſubiecti.

Eſt & nomen *Antoninorum* inclytum, licet ego vnicum tantum monaſterium eruerim.

CXLIII. *Leithanum*. cuius, & ſi magnificentiſſimum, ita furor hæreticorum debachatus, vt ne veſtigia ſuperſint.

Nec deerant *Canonici Regulares*, qui nulli parebant niſi S.R. Eccleſiæ per *Clementem* III. exempti & ſui iuris facti, ſed cum multa fuerunt Cœnobia, vnum tantum adnotaui. niſi ſancti Auguſtini cœnobia omnia ipſorum fuerint, ſed ſolum hoc nomine notatur.

CXLIV. *Soltre*. S. *Brendani* capite pretioſo ditatum primus Abbas S. *Euerardus*. fundat Simon comes S. Vualtheni frater.

Superſunt quatuor *Mendicantes*, vt uocant, & quia *Dominicani*, qui ſub nomine *Iacobinornm Scotiam* primi ſunt ingreſſi, ipſo ſcilicet S. Patre *Dominico* viuo, & ordinem ſuum *Alexandro* Regi II. tum in Gallijs agente impenſius commendante, ideſt anno MCCXXX. ut ſcriptor. Scotor. lib. III. in *Clemens* dixi. Ideo illi primi erunt. Ex his *Clemens Scotus* vir magna ſanctitatis opinione cum ſeptē fratribus in regnum venit, & Dumblanenſis Epiſcopus factus ſeptem monaſteria condidit.

CXLV. *Beruici*, hoc primum fuiſſe cœnobium in *Scotia* docemur ex hiſtoria Georgij Nevvtoni Archidiaconi Dumblanenſis, qui illius Eccleſia ſucceſſionem luculentis ſcriptis commiſit. vrbs ea ad Tuidi fluminis oſtia limes *Angliæ*, & *Scotiæ*, & velut vtriuſque Regni diſcerniculum, tum Scotici erat iuris poſtea ad Anglum deuoluta ubi loci alia ſex fuerint à *Clemente* condita non proditur. S. Antoninus par. III. tit. XXIII. cap. XIII. ſed ponit in Scotia conuentus XIII. ſed ſcriptura deprauatiſſima.

Rebici. forte literis Commutatis. *Beruici*.
Berſli. quis locus ſit quæratur.
Caſtri puellarum.
Are.
Glaſqu.
Streuelim.
Vigtoria.

Mon-

Montisroſarum.

Abirden. Demolitum à Baronibus Merniæ. Ioan. Leſlæus lib. x. pag. D.LXIII.

Inuernes.

Orti regij.

Candidæ Caſę.

Morauienſis.

Ioannes Michael Plodius Dominicanus Bononienſis S. Theologiæ Doctor,& antiquarius doctiſſimè curioſus lib. II. de vir illuſtr. ordinis ſui alium,& locupletiorem ordinem ponit,quem nec ego aſpernabor.

CXLVI. *Aire.* Vrbs à S. *Ioanne* Scoto clara,qui *Airigena* dictus.

CXLVII. *Aran.* Inſula Hebudum vna.

CXLIIX. *Glaſcu.*

CXLIX. *Vigton. Vigtoriæ* malè S. Antonino.

CL. *Stiruelingæ.* monaſterium muris ciuitatis contiguum,graui damno Anglica obſidione affectum.

CLI. *Struala.* corruptiſſima dictio.

CLII. *Aberdoniæ.* cœnobij illius locus gymnaſium hodie eſt, ædificio, quod ſplendidiſſimam erat demolito.

CLIII. *Ribiceſa.* oppidi iſtius nulla mihi notitia.

CLIV. *Berſiliæ.* nec locus ille hodie intelligitur.

CLV. *Caſtrum puellarum.* ciuitas eſt Regia Edimburgus,quod arx ea rupi impoſita nunquam ab hoſtibus fuerit expugnata.

CLVI. *Montis Roſarum* vulgo *Manros.*

CLVII. *Inuerneſæ.*

CLIIX. *Horti Regij.* hic obijt *Iuo* Terræ ſanctæ prouincialis,cuius meminit Gerardus Lemouicenſis M S. Bononię conuentu,qui opus ſuũ iuſſu Vmberti Generalis II. adorſus,idque per decretum capituli generalis Pariſienſis anno Mcclvi.

CLIX. *Morauiæ Panterus* Roſſenſis Epiſcopus reliquijs honorauit,

CLX. *S. Andreæ.* hinc prima peſtis pietati euertendæ erupit, *Guillamo* Vicario idiomate vulgari biblia ſacra edi permittente. Lesl. lib. x. pag. ccclxvi. ſed ſanctiſs. ordini id fraudi non eſt.

CLXI. *Candidæ Caſæ.*

CLXII. *Deidoni.* veteribus *Alectum* oppidum ad *Tai* fluminis oſtium il

L luſtre,

luſtre,& opulentũ. Hic *Ioannes Adam* profeſſus,qui primus Theologię Doctoratum ſuſcepit in Academia Aberdonenſi.Boeth.

CLXIII. Elgini meminit Polychronicon; ſed neſcio an diuerſum à Morauienſi.

CLXIV. *Perthi*.collectanea Gilberti Broun.hoc primum illius ordinis ſubuerſum. Lesl.lib.X.pag. DXLIIX.

Franciſcani vno tantum anno poſt *Dominicanos Scotiam* ingreſſi ipſo S. *Franciſco* adhuc viuo anno M.ccxxiv.vt vult Franc. Gõzaga ordinis Generalis miniſter par.III.de orig.Seraph.religion. pag.Dcccxlviii.ſed lapſus ille annis VII.penetrarunt enim illi regnum illud anno Mccxxxi. Scotichronic. lib.IX.cap.XLVII.ſub tempore florentis pietatis XIV.obſeruantum cœnobia erant, quæ ſic enumerant.de alijs conuentualibus non æque conſtat.

CLXV. *Edimburgi* fundatum anno M.ccccxlvii. direptũ ab hæreticis anno M.D.LIX.

CLXVI. *S.Andreæ* fundat Epiſcopus inſtante *Roberto Creÿthio* Merchalenſis comitis filio,qui ordinem D.*Franciſci* induerat,ſed corruptam vocem exiſtimo corrigẽdamq. *Roberto Kethio Mariſchallenſis Comitis filio*. conditum hoc cœnobium M. ccccl viii. direptum ab impijs.

CLXVII. *S.Ioannis* fundat comes *Oliphãtus* procurãte *Hieronymo Lindſayo* Craufordiæ comitis filio.anno Mccccl i i.Is legum Doctor Monachus D.*Franciſci* factus: Sed comes quod ſciam in Scotia *Oliphantus* nullus, Baro autem vulgo *Mylord Oliphantus*, veteri nobilitate & potentia apud noſtrates clarus.

CLXVIII. *Aberdoniæ* fundat Epiſcopus loci ſub Annum Mcccccl.ſpoliari tentatum ab hæreticis. Ioan.Lesl.lib.x. pag. DLxiii.

CLXIX. *Glaſcoæ* fundat Archiepiſcopus anno M.ccccl xxii.

CLXX. *Airæ* fundatum publico ciuium ære, vbi Beatæ Virginis imago miraculis inclyta. Iacta fundamenta anno Mccccl xxiv.

CLXXI. *Elgini* fundat *Ioannes* Vicecomes *Inneſius* anno Mccccl xxix.

CLXXII. *Stiruelini* fundat *Iacobus* V. rex ſub annum M.ccccxciv.qui tanta in illum ordinem pietate,& obſeruantia fuit,vt tota hebdomade ſancta in refectorio cum fratribus veſceretur,& feria vi. Paraſceues humi ſedens pane & aqua contentus,vt ipſi fratres, religioſæ vitæ exemplar omnibus eſſet,vt magis mirum mihi ſit im-

pium

pium *Buchananum* auſum ordini tam charo Regi,conuitium face re ac dirum ſcriptum in illum publicare. Cuius ſceleris pœnas luit, licet ſeras,tamen dignas.

CLXXIII. *Ieduardæ.* fundatum ab Incolis anno M. Dxiii. ab Anglis euerſum incēſumque,licet Catholicis,tùm bellum cum Scotis gerentibus. Nec plurium fundationes erui. Addo reliquas familias ſine Anno ,aut autoribus.

CLXXIV. *Beruici.* neſcio an Scotorum opus.

CLXXV. *Roxburgi.* Holinshed. in *Eduardo* I pag. Dccccxix.

CLXXVI. *Dovvnglas.* aut fortes *Dovvglas.* vtrumque oppidum limitaneum eſt.

CLVXVII. *Lanarick.*

CLXXIIX *Hadintoniæ.*

CLXXIX. *Innerkething.*

CLXXX. *Deidoni.* fundat *Deuorgilla Alani* de *Galvveia* F. Scotichron. lib. viii. cap. xxiv. Anno M. cclxxxiv.

CLXXXI. S. *Andreæ.*

CLXXXII. *Perthi.* omnia iſta non erant nota. F. Gonzagæ.

CLXXXIII. *Dunfriſij.* ab eadem conditum anno M. cclxii. quod omniū Scoticorum primum fuit, vbi *Ioannes Duns* habitum aſſumpſit. vt ex varijs actis Brunus probat, verius eſt Alanum Deuorgillæ primū hoc Frāciſcanis cœnobium erexiſſe. Hic Robertus Bruſius rex manu propria *Ioannem Cumenum* perduellis reum gladio transfixit. Ioannes Leslæus lib. vi. hiſtor. Scot. in fine. id accedit anno Mcccvi. die xxix. Ianuar. Raphael. Holinshed.

Carmelitanus ordo, ſeu fratres B. Mariæ ſemper Virginis de monte Carmelo iam tùm Prophetarum temporibus orti ab *Eliſæo* principia ſui ducunt, illi ſanctiſſima vita Eremitica diu tolerata, tandē à *Soldano* Chriſtiani nominis hoſte terræ ſanctæ finibus exacti, in Europam deſcenderunt.

Porro ſub annum reparatæ ſalutis C. Mons ille *Carmelus*, vnde illi cognominationem ſortiuntur, celebri religionis gloria frequentabatur, vſque adeo vt gentiles eum in ſumma veneratione haberent, vt oraculum inde peterent, vt ex Strabone, Tacito, alijſque eſt clarum, ad Suetonij Veſpaſianum cap. v. Viri eruditi. corruptus eſt Petri Apollonij Collatij textus de Ecidio Hieroſolymitano. libro iv.

——Amathaidemque loquutum
Vera tibi vatem, & Corneli oracula diſces.
reſcribendum eſt omnino.
——Et Carmeli oracula diſces.

Huius tam pij ordinis fundamenta iecit *Richardus Graius* miles rebus in oriente geſtis clariſſimus, qui Palæſtina redijt domum ſub annum M.CCXII. erigendo monaſterio patrimonij ſui magnã partem legauit, tum vero à *Gregorio* IX. breui Apoſtolico permiſſum, vt ſe dilatarent Anno M.CCXXXVIII. interiecto deinde exiguo tẽpore *Innocentio* IV. concedente in Scotiam Fr. *Gulielmus de Samnico* Gallus quoſdam ordinis ſui fratres intulit anno M.CCXLVI. literis Romã datis XII. Iulij, vt ex Actis Carmelitanæ familiæ collegit, & mecum communicauit humaniſſimè M. Fr. Petrus Thomas Saracenus Carmelitanus S. Theologiæ Doctor Collegiatus concionator eximius, Cœnobij Bononienſis Prior, & pridem Regens S. Theologiæ in Academia Ferrarienſi profeſſor ſub annum MCCLVIII. Hect. Boeth. vult ingreſſum ordinem eum in Scotiam, & locum ijs à *Richardo* Dunkeldenſe Epiſcopo ad *Tullilum* prope S. Ioannis adſignatum. fuit ergo hic ordo apud noſtrates maximo religionis ornamento, & præcipua tum pietatis, tum vero religionis nomine multis ſæculis veneratione, nec feruido mutandæ religionis æſtu vllus, quod legendo compererim, aut fando audiuerim ex eo ordine Apoſtata *Scotus*, contra vero multi ſumma sãctitatis opinione floruerunt. Prouincia autem Scotia Carmelitana numero fuit XIII. In qua hæc monaſteria.

CLXXXIV. *Edimburgi*.
CLXXXV. *Aberdonæ*. euerſum ab hæreticis. Io. Lesl. lib. X. pag. DLXIII.
CLXXXVI. *Glaſcuę*. hinc prodijt Elias Fordan primus philoſophiæ Lector, & primus creatus Theologiæ doctor.
CLXXXVII. *Dunkeldi*. Archidiaconi opus.
CLXXXVIII. *Elgini* ſeu *Morauienſe*.
CLXXXIX. *Perthi* aut fano S. Ioannis, quod *Tullilum* dicitur, primus in Scotia conuentus. Boeth. conceſſit Richardus Epiſcopus.
CXC. *Stirlingæ*. Anglorum hoſpitium vrbe obſeſſa.
CXCI. *Dumblani*. Vltimo omnium vaſtatum.
CXCII. *Dumeni*. neſcio an Drumminnoni.

Tam-

CXCIII.*Tamtalloni*.patrimonium id Duglaſſiorum Anguſię.

CXCIV.*Kraimondæ*.Simon Patriarcha Antiochenus ex hoc prodijt.

CCV.*Brechini*.Dempſterorum munificentia conditum.autor Malcolmus de Karreſtoun Baro.anno Mcclx i ix.

CCVI.*Chanriæ*.Roſſenſis Epiſcopi ſedes hæc eſt Canonicorum collegio,tam ſuperbæ,& magnificæ ſtructuræ olim honeſtata,vt in Europa cum melioribus conferri potuiſſet.

CCCVII.*Dunrodenæ*.In prouincia Catheneſia

CCCIIX.*Candidæ Caſæ*.

CCCIX.*Reauenæ*.corruptam vocem cenſeo.forte *Ruthuenæ*.

CC *Quabordenæ*.Nec ſana hæc appellatio.niſi in ſiiueſtribus.

CCI. *Dordechonæ*.quis hic locus mihi inexploratum, forte Dumbar, vbi tertium habuerunt monaſterium.

CCII.*S. Andreæ*.

CCIII.*Lufnes*.in collectaneis Gilberti Bruni.

CCIV.*Lithquo*.ibidem loci.

CCV. *Irvvini*.cuninghaniæ id oppidum. Idem.

CCVI.*Bamfii*.prouinciæ Buchaniæ caput hoc, præfecturæ titulo illuſtre,quam familiæ Dempſterorum hæreditariam, ego ſtirpis vltimus iam amiſi.

CCVII. *Queinsferrie*. traiectus is eſt æſtuarij e laudonia in Fifam. Idem.

CCIIX.*Liſmorenſis in Agardia*.

Auguſtiniani Eremiticæ conditionis Monachi,an in Scotia monaſteria habuerint,haud certò affirmarim,id vnum ſanè mihi perſuaſiſſimum,nihil de gente noſtra in ipſorum actis à *Ioſepho Pamphilo* Signienſi Epiſcopo,& recentiori memoria *Ioanne Marquez* Salmaticenſe S. Theologiæ profeſſore conſcriptis reperiri, cum tamen ille latinè,hic hiſpanicè ordinem ſuũ mirificè illuſtrarit, nec mentio vlla in Hiſtorijs noſtratibus, aut fragmẽtis Scotichronici, quæ ad manus meas venerunt.Mirum tamen & pœne incredibile, tam illuſtri ordine,tam Sanctis & doctis viris referto patriã meã caruiſſe,& ſi caruit,doleo,ſin habuit ſcriptorum negligentiam incuſo, & porro pergo.Sunt & alia celebria ſanctitate in Scotia monaſteria virorum,fœminarumque. vt in Roſſia virorum cẽſentur.

CCX.*Farnenſe*.Leslęus deſcript. Scotiæ pag.XXVII.

Belli

CCXI. *Belli loci*.neſcio an Bevvlinum. Leslæus ibidem.

CCXII. *Amarbaricum*.Arnoldus Vuion.lib.III.lign.vit.pag.cxxi. Abbates eius habentur SS.*Suitbertus*, *Rortila*,*Iſengerus*, *Patto*, *Tanco*,*Ceuilo*,& alij in ſcriptor.Scotis,qui ab illa ſede ad Epiſcopatum Verdenſem aſſumpti.Sed an in Scotia illud,an vero in Saxonia,delibero.

Sanctimoniales quoque apud noſtrates uiris pietate certabant, atq. impensè adeo religioſæ uirginitatis uoto inſudabant,ut utri ſexui plus gloriæ conueniat,ſit ambigendum.Virgines hę Deo dicatæ, & perpetua virginitate conſecratæ à noſtratib.dicebantur *Nonnæ*, ſed uoce ab antiquis patribus uſurpata.D.Hierony. epiſt. ad Euſtochium,*Caſtæ vocantur,& Nonnæ*,ubi Grammaticus, & Philologus doctior,quàm Theologus Eraſmus *vocem* putat *Aegyptiacam*.S.Benedicti Regula cap.lxiii.*Iuniores priores ſuos Nonnos vocent*.S.Bonifacius Scotus vtitur epiſt.XIX. Carolus Magnus capitulario lib.v.cap.ii. Heribertus Roſuueydus Onomaſtico ad vitas Patrum.Flodoardus lib.iii.hiſt.Remen.cap XXVII. *Ipſe quondam cum Irmintrude* Caroli Calui uxxre priore,*Regina diſpoſuerat de numero clericorum,& Nonnarum*.Prima itaque Inſulæ Britanniæ fœmina,quæ Deo uelata reperitur, *Hein* uocatur, quę in inſula Scotica Lindisfarna à S. *Aidano Scoto* cōſecrata ſuo ſexuiglorioſum uexillum prętulit.S.Beda lib.IV.Eccleſiaſt.hiſt. gent.Anglor.cap.XXII. ut ſuſpicari lubeat fuiſſe ſanctimonialib. ſub annum DC.erectum monaſterium, & hæc in ſanctorum albū relata S.*Heina* apud Vuionem audit in Appendice Tom.iii. uocatum hoc

CCXIII. *Lindisfarnenſe*,qui locus a ſanctorum corporum multitudine *Inſula ſacra* audit.Siffridus Presbyter,hic ergo &uirorum multa, & mulierum unicum,& celebre id quidem cœnobium fuit,niſi forte credamus uirgines Deo deuotas ad Antiſtites ꝑgere ſolitas, ut uelarentur,quod credibile reor;nam Diui Ambroſij opus de Virginibus uelandis hoc loquitur lib.i.*Ex vltimis infra,citraq. Mauritaniæ finibus Virgines deductæ,hic Mediolani ſacrari geſtiunt*. Sic ergo *Hein* uirgo uelata a S. *Aidano* Lindisfarnenſi in Inſula fuerit quod etiam de S.*Brigida Scota* alibi probaui, & fortaſſe nō ibi loci ſubſtiterit. Porro ab hac Inſula ſede translata Epiſcopus

Dune-

Dunelmi cæpit poſt feritatem Saxonum, ſedere.

CCXIV. *Eccliſium* in *Teuidelia* Leslæus de ſcript. Scot. pag. VIII. fundauit Ada mater Vvilhelmi Regis anno M.clvi.

CCXV. S. *Catharinæ Senenſis* non longè Edimburgo Regia, Leslæus deſcript. Scot. pag. xv. hic fons eſt oleo ſupernatante clarus quod quantumlibet demas tanta ſemper copia ſuppullulat, vt aquam abſcondat, peregrini ſolent magna copia exportare, nec tamen vena vnquam deficit, nedum areſcit. dicitur nunc locus monaſterij ab impijs demoliti muro egregio clauſus.

Nec omitto Auguſtinum de Nouis Ticinenſem, virum optimè de ordine ſuo meritum, in progreſſu Canonicor. regular. Lateran. pag. xlix. ſub Prioratu S. Andreæ III. Conuentus collocare. Quod ſi verum eſt, oportet multos meam hanc operam leuē ſubterfugiſſe. Imo, & antiquiore memoria credibile eſt ordinem Canonicorum Regularium in Scotia fuiſſe. Nam S. Patricius Scotus ex eo ordine fuiſſe proditur, cui in deſerto quoque Hiberniæ loco ædificauerit monaſterium, in quo ordinis ſui fratres canonicos collocauerit. Ioan. Trullus Aragonius ordin. canonicor. Regular. lib. I. cap. v. Obitez Zacharias Ferrerius allegation. numero xliii. In Italia etiam non ita pridem.

CCXVI. S. *Mariæ* prope Piſcariam ad lacū Benacum in agro Veronēſi cœnobium quod nunc patres Franciſcani habent, fundauit *Robertus Stuartus* comes Lenox, ſeu Leuiniæ filius *Iohannis* die xvii. Septembr. ipſe vero obijt xv. Nouembr. M. D. quæ omnia lapidi ſunt inciſa ibidem loci.

CCXVII. Trinitarios inuenio Beruici ſediſſe, ſed an Scoticę fūdationis, pro comperto non affirmarim, opidum illud Βρεμένιον Ptolomæo eſt *Bremenium*, ſiue, vt in Scoti Itinerario *Bramenium*, Talbotum, aut Camdenum non audio, late alibi.

Hę omnes Deo dicatæ ædes à pijs hominibus ingenti olim ſumptu, ſed maiori fidei feruore dotatæ, inſano hæreticorum furētium impetu profanatæ expilatæ, pleræque flammis conſumptæ, ſolo adæquatæ, lapidibus alio comportatis, ut uix hodie locus in quo ante lx. annos tam præclara pietatis monimenta conſtiterāt indicari poſſit. *Ornamenta longo ſæculorum vſu parta, ingenti ſedulitate cōſeruata, iugulatis poſſeſſoribus rapta diſſipata, aurea & argentea ſa-*

crorum

crorum ſuppellex, tot principum votiua donaria, tot priuatorum Anathemata, capſulæ pretioſarum reliquiarum, veſtes diuino cultui addictę, operoſæ Diuorum Imagines, tabulæ optimorum artificum manibus elaboratæ, organa ipſa, atque campanæ, vocales pietatis chriſtianæ tubæ, alio terrarum exportata, & hæreticis diuendita, profaniſque vſibus addicta. Eccleſiam Scoticam in vilem ſtatum depreſſerunt, nulli commodo ceſſerunt, ſed veluti aurum toloſanum, aut Deliaci templi Donaria poſſeßoribus nocuerunt, quorum quidam in ipſo portu inſpectantibus omnibus, ſudo ac ſereno cœlo, aere innubilo, nullo vento ſtante, ſubſidente ſponte ſua nauigio, demerſi, alÿ inaudito morborum nouorum cruciatu defuncti, nonnulli ludibria paupertatis paſſi manus ſibi intulerunt, omnes ſanè pauperiores effecti, vt iure vſurpari poſſit Equum Seianum eos habuiße.

Certum eſt, mi lector, ne decimam quidē cœnobiorum partem enumeratam hic, ſed erit ea alijs cura, & veluti incitamentum, vt & horum fundationes accuratius exequentur, & aliorum quæ me latuerunt inſtrumenta producant, quorum magna pars apud Reuerendiſs. D. *Gilbertum Brun* Nouę Abbatię, vt uocant, ſeu Dulcicordij Antiſtitem qui magna diligentia res Scoticę Eccleſię collegerat, ſed eo Lutetię ante decēnium extincto, nepos ipſius *Richardus Broun* aduerſaria ea omnia in Scotiā cōportauit, forte augendi ea animo, mihi eorum facere copiam promiſit, ſed defuit occaſio. poſtmodum pleraque in manus meas venerunt communicante viro Clariſſimo *Dauide Camerario* conſanguineo meo.

DE REGNO.

Regni ſucceſsio in Scotia Europæ nobiliſsima, antiquiſsima, Reges ab hiſtoricis noſtratibus neglecti, aut præteriti, inſerti e peregrinis ſcriptoribus. Num. LXXX.

Cap. XVI.

SCOTICI regni ſucceſſio a Ferguſio Rege fundata anno ante Chriſtum CCCXXX. illibata ab externo Dominio, intactaque iam pœne duobus annorum millibus, longa CVIII. Regum ſerie, qui omnes Scoticæ fuerunt originis, nobilitata, quod nulli in Europa regno gloriari licet. Magna ſanè, ſed vera laus.

In conſeruandis tamen Regum Actis nō adeo felices maiores noſtri cenſendi, ſaltem ætas noſtra magnis anguſtijs afflictata, quare licet ſupinam quandam in omnibus Scoticarū rerum quas viderim hiſtorijs obſeruare, dum quorundam regum geſta ieiune admodum pertractant, nonnullorum, & geſta & nomina prætermittunt: vnde conſilium mihi hiſtoriam Scoticam adiectis multis Regibus Scotis, qui in ea deſiderantur ſupplendi, ſiue illi filij tantum Regum, & ob id ad maiorem obſeruantiam, Regum nominibus honeſtati, ſiue vocabula ſint corrupta à peregrinis ſcriptoribus inflexionis vocum noſtrarū ignaris, ſiue alia noſtris Regibus e ſuo idiomate gentes aliæ impoſuerint, ſeu quocunque alio caſu id contigerit. certè hanc quæ ſequitur Nomenclaturam patriç ſtudioſus ex varijs elicui. Sane veteres reges filios regū vocabāt. Seruius Maurus honoratus ad Eclog. III. in fine. *Regum autem nomina dixit nō quoniam ipſi Reges fuerint, ſed quia Regum filij.* Eaque conſuetudo exemplis non caret hiſtoricis. Sic apud Gregorium Turonenſem lib. III. cap. XXII. *Theodebertum regem* vocat, cum fuerit tantū *Theodorici regis filius*, & *Rex Chramnus* eidem dicitur lib. IV. cap. XIII. qui *Clotharij Regis filius* viuo adhuc patre perduellij pœnas, & maieſtatis violatæ morte dedit. Sic etiam in lemmate Marculphi monachi lib. I. Formularum

cap.XXXIX. *Vt pro natiuitate Regis Ingenui relaxentur.* doctiſſimus Hieronymus Bignonius obſeruat *Regem* pro *Regis filio* accipi, & probāt ipſa contextus verba. *dum & nobis Diuina pietas iuxta votum fidelium, & procerum noſtrorum de natiuitate filij noſtri illius magnum gaudiū habere conceſſit, vt miſericordia Dei vitam eidem concedere dignetur.* Pari ratione regium filiæ reginæ appellatæ. Seruius idem ad lib. I. Æneid. v. CCLXXVII. nec deſunt hiſtorica exempla. Gregorius Turonēſis lib. X. cap. XV. vbi hæc loquitur *Chrodieldis* Pictauienſis Monialis, *nolite ſuper me queſo vim inferre, quæ sū Regina Regis filia.* Rigordus in vita Philippi Auguſti vocat *Reginam Comitiſſam* Flandriæ Comitis vxorem, Luſitaniæ Regisfiliam, quæ formula poetis vſitatiſſima. Virgilius de Ariadne Paſiphaes Reginæ filia interprete Seruio. lib. VI. Aeneid. Princip.

Magnum Reginæ ſed enim miſeratus amorem.

Claudianus raro aliter *Serenam* filiam Theodoſij Principis, quam *Reginam appellat* de IV. Honorij conſulatu.

Velauit Regina Comas.

Et de laudibus eius principio

Vile putas domnm ſolitam conſurgere gemmis,
Et rubro radiare mari, ſi floribus ornes
Reginæ Regina Comam.

Sed & *Maria* Imperatoris neptis *Regina* audit apud eundem de nuptijs honorij.

Hos Mariæ cultus, hæc munera noſtra precamur,
Reginæ Regina feras.

Statius lib. I. Achilleid. v. DCLXX. Deidamiam Scyri Regis filiam Reginam vocat

——tantis Regina exterrita monſtris.

Hac ratione effectum vt multi autores peregrini Scotorum Reges memorent à noſtratibus omiſſos, nec id ſanè in tanta Annorum fuga, & maiorum abolitione, aut regni toties deſolati infortunio mirandum duco, cum ipſe Titus Liuius diligens ſcriptor, quique acta ipſa habebat, non vnius aut alterius Conſulis nomen omiſit, ſed multorum, vt obſeruat Ludouicus Charondas I.C. Antiqu. Rom lib. I. cap. IV. & experiuntur ſæpe qui exactam recenſionem tabularum Capitolinarum, ſeu Faſtorum inſtituerunt, vt eruditiſſimi Carolus Sigonius, & Onuphrius Pāuinius. Sed iam ad Reges præteritos venio ſponte omittēs *Gathelum Scotorum*

I. a Luſitania morantium ſummum ducem Scotæ maritum, *Pharao*
II nis generum, Nec *Simonem Brechum* hic commemoro, qui *Scotis* quandiu in Hibernia hæ ferunt, imperauit, ſi tamen tota ea fabula habeat quippiam veritatis admixtum.

III. *Albanactum primum Regem Scoti faciunt*. ait Gilbertus Genebrardus lib. 1. Chronici pag. CX. fuit is *Bruti* Troiani filius, vt ineptè fabulantur, *Locrini*, & *Cambri* frater, vt ſtultiſſimè inſanit *Eduardus I.* Rex Angliæ apud Matthæũ Vveſtmonaſterienſem ad Annũ M. ccc. eoque ille argumento vtitur, vt *Scotiam* ſubeſſe *Angliæ* apud *Bonifacium* Pontificem probet, videlicet in diuiſione Regni ſui *Brutus Locrino Angliam*, *Albanacto Scotiã*, *Cambro Vualliam* adſignauerit duobus minoribus fratribus maiori parere iuſſis. Sed hæc fabula eiuſdem eſt momenti cuius reliquæ ibidem loci allatæ habendæ deſpectui, & tamen omnes Anglicarum rerum autores cupiſſimè ſequuntur. In his Siluester Cambrenſis Cambriæ deſcriptione cap. VII. Florentius Vvigornienſis, Ætate III. cap. XXVII. & ex recẽtiorib. Ioan. Theod. Cla in Commentariolo I. Rer. Anglicar.

IV. *Hermutruda Regina Scotiæ imperat Amletho Daniæ regi ad nuptias petita*. Saxo Grammaticus lib. IV. Hiſtor. Dan. pag. LII. *Vigleto dein de Danorum Regi occiſo in acie Amletho, nubit*. Sed is autor & ſi *non ineleganti verborum Apparatu ſuorum res extulerit, tamen cum neque mediterranea attingat, in ſolis littoralibus deſcribendis occupatus, neque aliorum principum res immiſceat, neque Pontificũ vitam, niſi pauciſſimorum, aut mentionem nudam perſtringat, neque denique annorũ Chriſtianorũ, aut Aeræ vſpiã ſupputationem adhibeat*, merito ſibi ſcripſiſſe, & in hoc non leuiter erraſſe, videri cuilibet poteſt.

V. *Murial Rex Scotorũ in acie à Danis cæſus*. Idẽ lib. IX. pag. CLVIII. tempus non notat indiligentiſſimus ſcriptor.

VI. *Scotus Amicus fidiſſimus Frothonis Regis Daniæ* CCG. *ante Chriſtianam ſalutem partam annis, eiuſdem Regis filiam Vluildam vxorem duxit, Scotiæ nomen dedit*. Idem lib. I. pag. XXII. An rex fuerit nec ille ſatis probat, nec Annales noſtri tradunt.

VII. *Hungus Rex Scotiæ, Althestanum regem Angliæ ingenti prælio ſuperat, & in acie interficit, ordinem Equitum D. Andreæ cum inſigni Cardui, vnde illis nomen inſtituit*. Anonymus Gallus de ordinib. Militiarũ pag. MCCCCLVIII. ſed indiligẽs & ignobilis ille ſcriptor cum

autores ſuos non nominet fidem non meretur, & *Hungus* ille, vt opinor, *Pictorum non Scotorum Rex fuit*. Sed delibero.

VIII. *Tyrol rex Scotiæ in Germania vixit.* de quo multis egi lib. XVIII. de ſcriptor. Scot. vide ibi. Vvolfaranus Eſchelbach Carm. LXX. Epitomator. lib. II. Boppo Carm. CXL.

IX. *Fridebrantus*, aut *Fridebrandus Regis Tyrolis F.* vide ibidem loci ad eũ patris monita publicarit Melchior Goldaſtus Haminsfeldius inter panegyricos Germanos.

X. *Brendinus regnabat in Scotia* Anno D.XCIII. Sigibertus Gemblacenſis eo anno.

XI. *Edam Rex Scotorum, qui Britanniam inhabitant* circa annum DC. Beda lib. I. hiſtor. Eccleſiaſt. gent. Anglor. cap. vltimo forte error librarij eſt, nam eo ſæculo *Aidanus Conrani regis* filius in *Scotia* regnabat.

XII. *Egilanus Scotorum rex*. Herman. Contract. ad Annum DCIV. Egilan alijs Melchior Haminsfeldus Goldaſtius pridem obſeruauit ad panegyricos veteres.

XIII. *Ean Rex Scotorum penè cum ſuis bello extinctus ab Edilfrido Rege Nordanymbrorum.* Sigebert. Gemblacenſis anno DCXV. Henrico Huntintonio lib. III. Hiſtoriar. Anglus Edelfert, Scotus vero Aeden vocatur. pag. CLXXXI.

XIV. *Douchad rex Scotiæ occiſus à duce ſuo*. Marian. Scotus Anno M.XLI.

XV. *Magfinloech Rex Scotiæ filius Douchad.* Marian. eod. loci.

XVI. *Machetad Rex Scotiæ Romæ argentum ſeminando pauperibus diſtribuit.* Idem Marian. lib. III. Anno M.L. *Machætad* vocatur à Florẽtio Vvigornienſi eo anno pag. DCXXVI. hũc alij etiam laudauere. Rogerus de Houeden. par. I. Anno M.XXXIV. *Malcolmus Rex Scotorũ obit, cui Machetad ſucceſſit* Bellum huic ingens cum *Eduardi* Regis duce Sivvardo. Idem anno MLIV.

XVII. *Falconius Rex Scotiæ fecit homagium Henrico filio Regis Anglorum & dedit Regi obſides, ſcilicet Dauidem fratrem ſuum iuniorem.* Robertus de monte Appendice ad Sigeberti Chronicon anno M.CLXIV. vnde ille fluxæ fidei ſcriptor hoc ſumpſit?

XVIII. *Dvvneual frater S. Malcolmi* Regis, eo ad Anuicum Angliæ caſtellum fraude Equitis Angli perempto, ex Aula *Galielmi Conqueſto-*

ris,

ris, vbi obſes fuerat, *Rex Scotiæ creatus*. Matth. Vveſtmonaſt. anno MXCII. pag. CCXXXII & fuſius pag. CCCCXL. *Duneualdus* vocatur à florentio Vvigornienſi ad annū M.XCIII. Hic eſt *Donaldus* Rex præter Annales noſtros, qui *Luthlath* fatuū Malcolmo III. Succeſſorem faciunt, ſed potuit fieri vt plures eodem tempore *Scotiæ* reges eſſent, ut hic *Anglorum* impotentia in ſpem regni illegitimè erigeretur, ille a nobilibus *Scotis* electus regnum occuparit, & uerè ita ea ætate acciderat.

Cum *Alexander III. Kingorni* inopinata extinctus morte non condidiſſet teſtamentum, atque vnica Regni hæres, quam ambibant certatim Gallus, Anglus Alij, ex Nouergia accita in itinere obijſſet, orta eſt magna inter ſucceſſuros diſceptatio, quæ penè nomen Scoticū, certè Regni libertatem ad internecionem deduxit, nam cum ſuo rege Regnum illud nuper florentiſſimum deſtitueretur, facilè expoſitum fuit inſidiantium Anglorum tyrannidi, qui diſceptarunt de iure Sunt hi apud Vvueſtmonaſterienſem anno M.CCXCI. enumerati cauſas aperio in opere de Scotorum regum affinitatibus, vbi de ſucceſſionis iure.

XIX. *Florentius Comes Hollandiæ*. magno titulo affectabat.

XX. *Ioannes de Haſtinges*. ſpe Anglicæ factionis auſus.

XXI. *Patricius de Dumbar*. Comes Marchiæ.

XXII. *Ioannes de Veſcy*. Comes puto Albemerlæ.

XXIII. *Nicolaus Senles*. Gallus Dynaſta.

XXIV. *Gulielmus de Ros*. *ſupereſt in Scotia genus*.

XXV. *Ioannes Comin*. Dynaſta apud noſtrates potentiſsimus.

XXVI. *Ioannes de Baliol*. In Anglia natus, publico Scotiæ malo.

XXVII. *Robertus Bruis*. verus & legitimus Regni heres conſeruatum ſibi fortitudine *Gulielmi Vallaſii* regnum, *Sconæ* inunctus magno animo occupauit, maiore retinuit, fractus ſæpe ab Anglis, ad ultimum ipſo Rege *Eduardo* letaliter ſauciato ac trepide fugitiuo, acie ad Bannocburnum collata L. millibus Anglorum cæſis, & ſibi ingentem gloriam ſuiſque gratiſsimam libertatem acquiſiuit Scotorum alter Camillus.

XXVIII. *Scatarus Rex Scotię Brizauallenſe rege Britorū occiſus*, terraq. in deditionē accepta, literæ *Eduardi* Regis Angliæ impiæ falſitatis pleniſsimæ, quib. plura mēdacia quam uerba, ſtultiſsimam Anglicanæ

glicanæ tyrannidis,& vſurpationis oſtentationem loquuntur. Vide Matthæum Vveſtmonaſterienſem ad annum M.CCC.

XXIX. *Bremnius rex Scotiæ.* Ibid.hic *Dvvnvvalonis.f.* & *Bælini* frater. nugæ.

XXX. *Ancelmus rex Scotiæ.* Ibidem ab *Arthuro* rege Vicarius rex datus ſi Dijs placet. O præclarum Anglorum in regnum Scotiam ius? nec minus probè *Artburi* Regis Anilibus &deliris fabulis confirmatum. *O Britonum ridenda fides?* exclamat Architrenius.

XXXI. *Genis rex Scotiæ* Baptiſt. Fulgoſ.lib. VII. cap.I. ſed lapſus eſt in nomine,& multo magis in re ipſa. patebit opere meo de Scotis bello Illuſtribus.

XXXII. *Romanus* Rex Scotiæ,vita S.Peregrini per Carpium. tabulæ Lucenſis eccleſiæ,& Mutinenſis.

XXXIII. *Plantula.* Scotiæ regina. ibidem.

XXVIV. *Dædalus Scotorum Rex* Inſulam quandam in America, ſeu nouo orbe ante multa ſæcula ſui iuris fecit,& belli iure filium ei præfecit,cui præerat Zichumi potentiſſimus princeps ſub annũ Mccclxxx. Durabantque nomen,leges,& Scoticæ originis memoria, ac monimenta, vt ex Relationibus Nicolai,& Antonij Zeniorum Venetorũ fratrum conſtat quas ex eorum literis collegit Frãciſcus Marcolinus, & inſeruit nauigationibus Anglicanis Hakluyt. par. III.cap.cxxI. Samuel Purchaſius.li.VIII.cap.III.peregrinat.§. in reb. Americæ.

XXXV. *Icarus Dædali* regis F. Inſulam Icariam ſuperius memoratam, olim iam à patre ſubditam relictus rexit, Equiteſq. à ſuo noĩe Icarios vocauit,qui leges Scoticas tuerentur quarum hæ præcipuæ *ne quis peregrinus ibi conſiſteret.* Ijdem Autores. Hæc ſi vera ſint, adducor, vt credam ab iſtis principibus Scotis fabulam ortam de Dædalo, & Icaro Cretenſibus. Sed cui hoc probabile? Magin.

XXXVI *Lupinus*, ſiue *Lupus Scotus Albionis incola Regali ſtemmate editus, ſed fortunam grauem paſſus,& patria exulare coactus, Louaniũ Scotorum Coloniam erexit.* quæ Vrbs diu ab illo ſæculo *Lupicina* nuncupata fuit. Clarum eius rei argumentum *Porta Lupina*, etiam nunc dicta præbet. Rogerius lib. III.hiſtor. Lotharingiæ,& Annales ex Lectore,& ex Lucio quod retulit I. B. Gramaye in antiquit. Brabantiæ in limine.

XXXVII. *Gulielmus* I. Hollandiæ Comes circa annum M. cc III. Scotiæ

hæres

hæres Vuolfgang. Lazius lib. III. Migrat.gent.pag.xcVIII. Nec alienum arbitror, regibus ſubnectere Regum filios quorum quidē certiſsima mentio à me collecta, digeſtaque libris illis XIX.

Ex lib. I.

XXXVIII. S. *Alexander*. MccxxxvIII. Thomas Cantipratenſis lib. II. Apiarij cap.x. extat officium.

Ex lib. III.

XXXIX. S. *Colomannus* Apoſtolus Auſtriæ DCLvII. Surius, Baronius, Cuſpinianus, Stabius, Lazius. omnes.

XXXX. S. *Clarus* Dcc. Boeth. Vuion. lib. III. pag. ccxxvII. Nicolaus de Nyſſe. Molan.

Ex lib. IV.

XLI. S. *Dympna*. Dccxx. in Scotia latuit, à S. *Gereberno* Scoto edocta, patris ſui reguli Hiberniæ idololatræ adulterium Vitans. Cratepol.

XLII. S. *Droſtan*. DcvI. Vuion.

Ex lib. v.

XLIII. S. *Eliphius* Cccl. Cratepol. pag. LII. Rupertus Tuitienſis, & S. Brunus Archiep. Colonienſis vitam ſcripſerunt.

XLIV. S. *Ebba* Dcxxx. Beda. Chorograph. Britan. pag. DcIx. Maphæus Venier Archiep. Corcyrenſis. Io. Felix Aſtolf.

XLV. S. *Ethelreda* Dc. Polydor. lib. IV. pag. Dcccv.

XLVI. S. *Edmundus SS. Malcolmi, & Margaretæ* F. M. lxxxI. Vuion. lib. II. cap. XXVI.

Ex lib. VI.

XLVII. S. *Fiacrius*. DCxxxII. Surius, Felici, Moſander, Vuion. omniū ſcriptorum gentiumque conſenſus.

XLVIII. S. *Florentius*. vita capitibus XIX. comprehenſa, & templum ei in Lingonibus. Acta ibidem.

XLIX. S. *Fridolinus* ccccxcv. Vuion. Aegyd. Tſcudus, Germani ſcriptores omnes nullo excepto.

Ex lib. VII.

L. S. *Gualterus*. MςxvII. Vuion. lib. IV. cap. XXIV.

LI. S. *Guthagonus*. xcIx Kalendarium Adami Regij, aut ccxcIx. Collectanea Gilberti Bruni, ſed vt in ueteri formula N. L. Acta Tullenſia. Breuiar. Scot. Ooſtkerkæ Breuiarium, Ioan. Molan. indic. ſanctorum Belgij.

Ex

Ex lib. IX.

LII. S. *Iudocus*. DCLII. Boeth. præfat. ad hiſt. Scot.

Ex lib. X.

LIII. S. *Kentigernus* DLX. Molan. Vuiõ. lib. III. pag. XIX. Chorograph. Britanniæ pag. DXLIIX.

Ex lib. XI.

LIV. S. *Lucia de Monte*. Breuiar. Tullenſe, & Virdunenſe. Extat vita gallice ſcripta, & officium latine.

Ex lib. XII.

LV. S. *Mathilda Angliæ regina*. cognomento *Bona*. monaſterio extracta MCXVIII. Malmesb. Vveſtm. Vuion. Pet. Bagian. colloq. III. Gul. Neubrig. lib. I. cap. III. Angli omnes hiſt.

LVI. S. *Maxentia*. DCCXCII. Robert. Buckland. vit. Sanct. pag CCXXXVI. Tabulæ Bellouacenſes.

LVII. S. *Mechildis* MCLIV. Cantipraten. lib. II. cap. X. Magnum ſpeculũ exemplorum. Lapionæ Acta.

Ex lib. XIV.

LVIII. S. *Odda* DCCXC. Acta Rhodæ Molan. Ghinius. alij.

LIX. S. *Peregrinus* CCCLXIV. *f. Romani ex Plãtula* regina uitę eius acta per Peregrinum Carpium edita. Cæſar Franciotrus de ſanctis Lucenſib. Siluanus Razzius de ſanctis Hetruriæ; Ego tamen de libero, celeberrima eſt ei Bononiæ ſocietas, & edes uetuſtiſſima ad S. Eſaiæ portam & alibi Italiæ.

Ex lib. XVI.

LX. S. *Richarda Carolo Craſſo* Imperatori denupta, falſo accuſata per uomerem ignitum uirgo probata. DCCCLXXXIII. Regino. Contract. Sigonius, Vuion. Platus. Miræus.

Ex lib. XVII.

LXI. *Secundus* Philoſophus *Adriano Imperatori* familiaris CXX. dubito an Regis filius ſit, uideatur. Roger. Houeden.

LXII. S. *Syra*. DCXXXII. S. *Fiacrij* ſoror. omnes.

Ex lib XIX.

LXIII. S. *Vuinfridus* DLX. Trithem. lib. VII. uir. Illuſtr. cap. XXIX. Vuiõ lib. IV. cap. XXIV.

LXIV S. *Vendelinus* DCCXX. Iiſdem locis.

LXV. S. *Vualthenus* MCXLIII. Scotichron. lib. VI. cap. XXIV. & ſequentibus,

tibus,electus Archiepiſc. Eboracenſis, adire noluit.

Maxima iſtorum pars paupertatis voto gauiſa regni gaudia, & fallaces Imperij illecebras calcans,monaſterij ſeptis incluſa æternæ vitæ conſortia meruit,poſteriſque egregium ſanctitatis exemplum reliquit, quos ideo lubentius attuli quo ſubditorum pietas ex principum moribus ſit metienda,& de alijs non ſanctis aliqui liquebit.

Nec commemoro quod eſt notiſſimum celebritatem hanc,& antiquitatem Scotici regni perſuaſiſſe,pleriſque ſcriptorib. ut res grauiſsimas à Scotorum Regibus,ſuppoſitis licet,nec veris,geſtas aſſererent.Sic Homerus ille Italus inuentionis iucundę acumine non omnibus modo ſuæ gentis,ſed cuiuslibet alterius poetis anteferendus, me iudice

LXVI Ludouicus Arioſtis diuino illo ſuo poemate *Szerbinum Scotiæ* principem conſtanti amicitia,prudentia,militari fortitudine inclytũ inducit.Sic Hiſpanicus autor plebij illius ſcripti *Amadis* ſui Gallici matrem facit

LXVII. *Scotiæ* Regis filiam.Sic etiam liber de *Iſabella Scotorum* Regis

LXIIX. filia,qui prodij Italicè,Germanicè,Gallicè,Anglicè,Hiſpanicè,& latinè,quid alius ſignificat niſi Regem Scotiæ omnes ætate ea viuos principes iuſtitia,& moderationis exemplo ſuperaſſe? nec ſaniori mente Angli nobis illibatæ ſucceſsionis ſortem inuidẽtes varia confinxerunt.

LXIX. *Eduardus diuina fauente gratia, Angliæ,Scotiæ Rex Dominus Hiberniæ,Dux Aquitaniæ Chriſtianiſſimus.* ait Patronus Anonymus cauſarum in Aquitania Eccleſiaſticarum publicatus nuper à Iacobo Bongarſio ad finem Geſtorum Dei per Francos.Sed autor ille fœdo adulationis vitio notandus,principi ſuo abblanditus tantum eſt,reuera Eduardus L.millibus ſuorum cæſis,in acie,ita a Scotis vulneratus,ut breui poſt obierit.Præter Annales noſtros,Angli ipſi,& in his Thomas de la Moor,& indoctiſsimus Pitſeus in ſcriptoribus Anglis ætate XIV.pag.cccxcix.Certè ergo fuerunt parricidæ Scoti,qui regem ſuum adeò cruente & diriter tractarunt,vt nugenter illi æternũ licet nunquam tamen euincent,ut Scotia paruerit alicui peregrino principi:contra vero nos Angliæ,&Hiberniæ coronati reges fuimus, vt infra hic.

LXX. *Arthurum* eodem iure Angliæ,Galliæ,Hiberniæ,Sueuiæ,Danię, Alemanniæ,ac Scotiæ regem fabuloſæ Anglorum quiſquiliæ impe-

ritis nugis obtruſerunt. Sed nec prudentiores Angli id vnquam aſſerere ſunt auſi; nec nugacioribus fides adhibenda. Ecce enim Ioãnes Architrenius Anglus in eleganti poemate de bello Troiano, quod falſo Cornelio nepoti adſcribitur, & Dareti Phrygio ſic ait

Et Britonum ridenda fides: per ſæcula multa
Arthurum expectat, expectabitque perenne.

LXXI. *Rinaldum* Scotiæ regem habet Baptiſta Fulgoſius Genuenſis, homo quidem Italus, & rerum noſtrarũ ignarus lib. III. de dict. fact. memorab. cap. IX. & ridiculam de eo relationem inſeruit Catalogo ſuo gloriæ mundi Bartholomæus Chaſſanæus par. XII. conſiderat. XCVII. Sed nec vllus eo nomine rex Scotus, nec Edgarus Anglus quicquam iuris in Scotiam vnquam habuit, & Reges illi VII. ab *Edgaro* deuicti Angliæ dynaſtę fuerunt, Saxonici ſanguinis, qui Angliam inter ſe partiti.

LXXII. *Celenus Scotiæ Princeps ludos Conuiuales excogitauit, vt qui crapula, & belluatione alios ſuperaſſet hedera coronaretur & Xenÿs donaretur.* Albertus Draghius Brixienſis Carmelita Excurſu III. de re Conuiuali pag. CXXXVIII.

LXXIII. *Alanus Ferranus* copias Scoticas bello ſacro duxit, vt ex Fulcherio Carnotenſi, Alberto Aquenſe, Gauterio Cancellario, & alijs dixi ad Accolti hiſtoriam. fuit SS. Malcolmi & Margaretæ F. cum B. *Bernardo* cognomento *Sapiente* domo egreſſus anno M.XCV.

LXXV. S. *Maurus*. *S. Vrſulæ* pater, non rex, ut ſupra dixi, ſed princeps pręcipuæ eo ſæculo autoritatis, eum tamen *Chriſtianiſſimum Scotiæ regē* vocat Petrus à Natalibus lib. IX. catalogi cap. LXXXVII.

LXXVI. S. *Macra*, virgo. *S. Guthagoni* ſoror CCC. Veremundi Hiſtoria. Vſuard. Flodoard. lib. IV. cap. LI. tab. Tullenſes.

LXXVII. S. *Vrſula*. XI. Millium virginum uirgo dux. CCCCLIV. Petrus loco laudato. Claudius Rota cap. CXLV. Bonfinius Hungaricis, falſo regis filia exiſtimata, cum principis fuerit.

LXXIIX. *Diſignatus* E. Traiectēſis ex filia regis Scotiæ ortus. DXI. Demochar. lib. II. cap. XXXV.

LXXIX. S. *Richardum* Lucę quieſcentem Scoti regis filium facit Petrus Aquilanus, ſed ego comperi Anglum, non Scotum eſſe.

LXXX. *Carantius* Athirconis Scotiæ regis filius, Anglię rex. infra hic cap. XIIX.

Hæc

Hęc paucula quæ ab Hiſtoricis noſtris neglecta aliunde conquiſita in medium adduxi, non ignarus & plura & longe meliora etiam in hac ipſa materia alios adornaturos, ſed ego viam aperio & plura adnotaram Piſis, ſed Bibliotheca mea ibi hęrente fruſtra hic quippiam molior.

Scotorum in patria fortitudo, Britonibus reſtiterunt, Romanos vexaxarunt, qui muro quater ſtructo eorum iniurias prohibere conati, Saxones, & Danos fugarunt, Normanis terrori fuere, & Anglis vt à facie duorum Scotorum centum Angli fugerent.
Cap. XVII.

VNicum in orbe regnum eſt *Scotia*, quod ſuis uiribus, nullo adſcito pręſidio, nullius vnquam niſi ſui regis iugum ſubiuit, ut meritò *inſuperabile* dici poſsit Anton. Magin. Nou. Geograph. pag. XLV. pulchrè & uerè Georgius Buchananus uir improbus, ſed bonus poeta. In Epithalamio Franciſci, & Marię Gallię, & Scotię regum.

——totum fremerent cum bella per orbem,
Nullaque non leges tellus mutaret auitas,
Externo ſubiecta iugo, gens vna vetuſtis
Sedibus, antiqua ſub libertate reſedit:
Subſtitit hic Gothi furor, hic grauis impetus hæſit
Saxonis, hic Cimber ſuperato Saxone, & acri
Perdomito Neuſter Cimbro, ſi voluere priſcos
Non piget Annales. hic & victoria fixit
Præcipitem Romana gradum, quem non grauis Auſter
Non æſtu Meroe, non frigore Rhenus, & Albis
Tardauit, latium remorata eſt Scotia curſum.
Solaque gens mundi eſt, cum qua non culmine montis
Non rapidi ripis amnis, non obice ſyluæ,
Non vaſti ſpatijs Campi Romana poteſtas,
Sed muris, foſſaque ſui confinia Regni
Muniuit, genteſque alias cum pelleret armis
Sedibus, aut victas vilem ſeruauit in vſum

Seruitij, hic contenta ſuos defendere fines
Roma pharetratis obtendit mœnia Scotis.

Summa capita percurram, prima illis cum Inſulę indigenis bella ſub ad pulſum fuere, & hi quidem *Britanni*, & *Britones* dicti, qui continuis expeditionibus, & nunquã intermiſſa bellãdi feritate hoc tm̃ obtinuerunt, vt fœdus cum Scotis paciſci coacti. Annales oẽs Scoti, & Angli.

Romani poſtea potiundæ Inſulæ deſiderio pellecti LX. annis ante natũ Saluatorem traiecerunt, exinde cõtinua ſucceſſione, vel *Cęſares* ipſi, vel Cæſarum loco Præfecti prouinciam Romanam obtinuerunt, ſed præcipua capita rerum à Romanis cum noſtraribus geſtarum attingam. Primus *Caius Iulius Cæſar* Inſulam quidem ingreſſus, ſed vidit verius populum, quàm ſubiecit. L. Sen. ad Martiam cap. XIV. M. Lucanus lib. II. v. DLXXII.

Oceanumque vocans incerti ſtagna profundi
Territa quæſitis oſtendit terga Britannis.

Poſt hunc bella ciuilia, ne Scoti tentarentur obſtiterunt, & *Auguſtus* uictor conſilium dedit *de coercendo intra limites naturales imperio* hoc eſt Eufratem, & Danubium, Iulianus Parabata in Cæſaribus, cauſas quære à Dione Cocceiano lib LVI. idem limites ſunt Oceanus, & Rhenus. Tacit. lib. I. Annal. id Conſtantinus pręteriuit Sozim. lib. II Appian. præfat. operis. Nec Tiberius præceptum Auguſti prætergreſſus unquã de adijciendis Rom. principatui Britãnis in aĩum ĩduxit. q̃ ridicule *Caligula* expeditionem indixerit ex Suetonio clarum eſt capit. XLVI. Succeſſit *Claudius*, qui ingenti apparatu terra mariq; moto *partem inſulæ in deditionem recepit* Sueton. cap. XVII. L. Seneca in in Apocolocyntoſi, & alibi. Dio vberrimè lib. XL. ſed cum hic ſexto, quam diſceſſerat menſe in vrbem redijſſet, deſignatus ab eo Veſpaſianus, qui bellum illud conficeret Angli enim *intra pauciſſimos dies ſine vllo prælio, aut ſanguine, ſe dediderunt* ait Sueton. loc. proximè laudato, atqui longius aberant Scoti, legatos Romanorum grauiſſimè uexarunt, & LX. millia interemerunt, cũ ipſe Septimius Seuerus Scotiam peragraret, vt narrat Dio Cõſularis. Præfecti vero à Romanis eam in inſulam miſſi hi cenſentur.

Aulus Plautius.

Oſtorius Scapula. qui male *Aſterius* dicitur, collega *Sabellij Ruffi*, vt lego in Inſtitutionibus Iuſtiniani Imp. lib. III. Tit. IX. in fine. prius male *Suillio Ruffo.*

Di-

Didius Gallus. Verantius.

Suetonius Paullinus à Bundeuica Regina Scotiæ regis F.fuſus.

Petronius Turpilianus.

Trebellius Maximus.

*Vectius Bolanus.*cuius frequens apud Statium in ſyluis mentio.

Petilius Cerealis.

Iulius Frontinus.

*Iulius Agricola.*quicum *Galdus* Scotiæ Rex XXI.Tacito *Galgacus* manū conſerit,victuſque vires reparat ter,& Romanos vincit,Horeſtia, Siluribus,ac Brigantibus excludit,cuius cultiſſimam, animoſam & liberi regijque ſpiritus pleniſſimam orationem lege apud Tacitum in vita ſoceri ſui Iulij Agricolæ, & dicet Iuſtus Lipſius hāc de ea ſententiam.*Egregium membrum & qualia multa in corpore huius orationis, Galgaci Scoti, qua moriar, ſi quid meo ſenſu prudentius, diſertius, argutius in omni Romana lingua.* Et erat ſanè venuſta oratio,ſed lōge ſupra eam animus & felicitas.Agricola reuocato varij ſucceſſores dati, ſed nulla re memorabili edita crebris Scotorum incurſibus ita vexati,vt Hadrianus Princeps vallo Angliam Romanorum ditionē à Caledonijs,ſeu Scotis muniendam cenſuerit. Et ſanè indomita,tū *Scotia* fruſtra armis tentata,vt Adrianus Vallum inter *Scotos*, & *Anglos* erigere coactus fuerit a mari Hibernico ad Germanicū *centū paſſuum millibus*,vel *octuaginta* vt alijs placet,hoc vallum ad Carronis fluuij ripam ſæpe diruerunt Scoti Anglos inuaſuri, ſæpe reparauerūt Romani,præcipuè *Septimius Seuerus,* qui firmiſſimum reddidit adiectis turribus,è quibus certo interuallo æneatores tuba aduentū Scotorum ſignificarent,vnde nonnulli ſcriptores ab eo conditum non reſtitutū perperā dixere. Noſtros nō aduocabo. Æl ſpartian. in Adriā. *In plurimis locis in quibus Barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis, funditus iactis, atq; connexis barbaros ſeparauit:* pro quo forte legendum foret *in modum ſepis naturalis*, vel etiam *in modum ſepis militaris.* Sed hoc generale. Ad rem noſtram accommodatius idem in eiuſdem Auguſti hiſtoria *Britanniam petijt, in qua multa correxit, murumq́ per octuaginta millia paſſuum primus duxit, qui barbaros, Romanoſque diuideret.* Hoc opus illius Imperatoris primi. Septimium vero Seuerum idē poſtea præſtitiſſe loquitur Ioan. Xiphilin. ex Dionis Cocceiani Hiſtoria lib.

lib.LXXVI.pag.DCCCLXVI.Paul. Diacon.lib.VIII.in fine. *Nouiſſimum bellum in Britannia habuit* Seuerus, *vtque receptas prouincias omni ſecuritate muniret, vallum per xxxv. milliæ paſſum a mari ad mare deduxit.* Error in numero. Aurel. Caſſiodor. Chron. *Seuerus in Britannos bellum mouit, vbi vt receptas prouincias ab incurſione barbarica faceret Securiores per CXXXII. millia paſſuum a mari ad mare duxit.* Iſti *vallum* vocant, alij murũ dixerunt, In his eſt Ael. ſpartian. in Seuero. *Britanniam, quod maximum decus eius imperij eſt, muro per tranſuerſam inſulam ducto vtrinque ad finem Oceani muniuit.* Aurel. Victor. in eodem. *His maiora aggreſſus, Britanniã quæ adei vtilis erat, pulſis hoſtibus, muro muniuit.* Venerabilis Beda lib. I. hiſt. Eccleſiaſt. gent. Anglor. cap. V. *Seuerus receptam partem Inſulæ à cæteris indomitis gentibus non muro, vt quidam exiſtimant, ſed vallo diſtinguendam putauit. Murus etenim de lapidibus, vallum vero quoad repellendã vim hoſtium caſtra muniuntur fit de ceſpitibus, quibus circumciſis e terra uelut murus extruitur altus ſupra terram, ita vt inante foſſa ſit, de qua leuati ſunt ceſpites, ſupra quam ſudes de lignis fortiſſimis præfigũtur. Itaque Seuerus magnam foſſam, firmiſſimumque vallum crebris inſuper turribus communitum à mari ad mare duxit.* Eadem uero tempeſtate aut cito poſt vallum hoc erectum, Seuerus Eboraci deceſsit, vbi ſcripta lex prima C. de rei vendicat. fuit & tertius murus inter Scotiã & Angliam Romano parẽtem Imperio ductus Iul. Capitolin. in Antonino Pio. *Britãnos per lollium vrbicum legatum vicit, alio muro ceſpititio, ſubmotis barbaris ducto.* Clarè hic murus ducitur non *Vallum*, contra quam Beda ſentit, niſi forte dicamus, ut à varijs Imperatorib. ita varijs in locis diſcerniculum hoc & ſeparationem per *murum*, aut *vallum* factam. Porro in Capitolino nõ bene legit Ioãnes Liuineius ad Panegyr. veter. *alto muro ceſpittiio.* nã cum *Adrianus murum* erexerit *Antoninus alium murum* dicitur ab hiſtorico ducere. Sed clara hæc abundè.

Neq. vero fortitudo Scotorũ, aut ualli, aut muri obice coerceri potuit Matth. Vveſtmonaſt. ad annũ CCV. *Seuerus Inſulæ partem, quam ſubiugare nequibat trans Deiram coegit in fugam a quibus ſæpius diris rebellionibus fatigatus, multos de ſuis militibus frequenter amiſit, decreuit igitur receptam Inſulæ partem a gentibus indomitis, foſſatis, & muris diſtinguendam, vt hoſtes atrociſſimos à ſe longius arceret.*

Con-

Conſtruxit itaque foſſatum magnum, murumque fortiſſimum crebris turribus communitum per CXXXII. *millia paſſuum cuſtodibus diſpoſitis à mari vſque ad mare.* Hic & vallum & murum ab uno autore Seuero ſtructum vult, an uere neſcio. Idem ad annum CCCCXX. *Scotorum infeſtationem Britanni non ferentes Romam mittunt auxilium flagitantes quibus ſtatim miſſa legio magnam barbarorum multitudinem ſtrauit, eoſque à Britanniæ finibus expulit. Deinde ob arcendos hoſtes murum inter duo maria ſtatuit, qui abſque magiſtro, magis ceſpite quam lapide factus nihil Britannis operantibus profuit, nam mox vt diſceſſere Romani, hoſtes aduecti nauib. obuia quæque ſibi cædunt, vaſtāt, deijciunt, & conſumunt.* Ergo hic quartus murus, qui parum præſidij attulit. Idem ad Annum CCCCXXXIV. *Recedentibus à Britannia Romanis redeunt Scoti, & Picti qui totam ab Aquilone Inſulam indigenis ferè vacuam muro tenus, quem Romani ad patriæ defenſionē erexerant, capeſſunt, quo facto inuadunt hoſtes murum, compages eius diſſoluūt, ac Britones in altis murorum propugnaculis ad reſiſtendum loricatos, vel locatos, vncis ferreis in vallum proſternunt erant ſine rectore indocti ad pugnam, proni ad fugam; vnde qui ab hac Calamitate euadere potuerūt in nemorum denſitatibus in ſpeluncis, & abditis terræ locis latibula quæſierunt, tandem Ciuitatibus relictis, vt agni à lupis plebs miſeranda diſcerpitur.* Eadem Gildas cognomento quidem ſapiens, non re & alter ſtolidiſsimus, Saperda & pecus maledicentiſsimum. Is cum anno CCCCXLV. patriæ ſuæ calamitatem à Scotis illatam deſcriberet lib. de Britan. Excid. non putauit ſuorum ſe à Scotis iugulatorū manes vltus niſi conuitia feciſſet. *Sic ergo. Tetri Scotorum, Pictorumque greges moribus ex parte diſſidentes, & vna eademq. fundendi ſanguinis auiditate concordes furciferoſque magis vultus pilis, quam corporum pudenda pudendiſque veſtibus proxima tegentes ſolito confidentiores omnem Aquilonarem, extremamque terrę partem pro indigenis muro tenus capeſſunt. Statuitur ad hæc in edito arcis acies ſegnis ad pugnam inhabilis ac trementibus pręcordijs inepta, quæ diebus ac noctibus ſtupido ſedili marceſſebat.* Præclara ſanè Anglorum à Ciue ſuo laus, ſed veriſsima.

Cum iam ad vltimum deuentum eſſet, nec quicquam ſubſidij in uirib. ſuis contra Scotorum aſſultus Angli ponerent, ſcripſerunt hanc epiſtolam. *Aetio ter Conſuli gemitus Britannorum.* Contextum litterarū

ex Beda repete, qui non ad manum. Inter alia hæc ſuccurrunt. *Pellunt barbari ad mare, repellit mare ad barbaros; Inter hæc autem duo funerum genera oriuntur, aut ſubmergimur, aut iugulamur.* Quam Scotorum bellicam uirtutem, & Britanniæ uexationē ſignificat Claudianus libro II. de laud. ſtilicon. ubi hęc Britannia ipſa loquens inducitur.

Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit
Muniuit Stilico, totam cum Scotus Iernam
Mouit, & infeſto ſpumauit remige Tethys
Illius effectum curis ne bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne littore toto
Proſpicerem dubijs venturum Saxona ventis.

Et in Epithalam. Palladij

Quæ ſæuis obiecta Rhetis, quæ ſaxona frænat,
Vel Scotum legio, quantæ cinxere cohortes
Oceanum.

Cortuptus primus verſus nam Rhęti Plinio, & omnibus latinis Ῥαῖτοι, Rhæti. Straboni, & Græcis, ipſe Claudianus lib. de bello Getico

——*Herciniæ confinis Rhætia Syluæ.*

Et paulo poſt eodem opere.

——*Heſperiæ, qua Rhetia iungitur ora.*

Et de IV. Honor. Conſulat.

——*Nubiferas qua Rhetia porrigit Alpes.*

Lapis antiquus Florani pag. CCCLXXVI.

Q. Caicilio
Ciſiaco. Septicio
Picai. Caiciliano
Procur. Auguſtor. &
Proleg. Prouinciai
Raitiai, & Vindelic.
& Vallis Poeuin.

Alter Moguntiæ pag. DXXIV.

Attio Lani F.
Montanus
Annorum XLV.
Mil. cor. Raitorum
Stip. XIX.

Itaque

Itaque corrige locum Claudiani

Quæ ſæuis obiecta Getis.

Ad Scotos redeo, qui vt vicinos Britannos, & Romanos aſſiduis armis infeſtarunt, ita Saxones per id tempus toti orbi formidandos *Hungaro* Rege *Hubba*, & Gadano fratribus ducentibus occupantes, & animosè armati exceperunt & ſtrenuè profligarunt, atque illi reiecti Angliam occuparunt.

Dani & *Noruuegi* alterum ab Aquilone fulmen ducibus *Renato* & fratre à *Scotis* viriliter repulſi Angliam inuaſerunt, ijdemque maiori impetu ducentibus *Hagone*, & *Helrico Scotorum* fortitudine incredibili, & conſtantia admiranda repreſſi, in Gallias ſe receperunt, Iuo Carnotēſis in Chronologia, & Coſmographia, & Fredegarius Scholaſticus, & alij.

De *Anglis* quid dicam? longum eſſet omnia glorioſa *Scotorum* cum ijs acta percenſere, fatetur Hunfridus L'huydus *cum nulla vnquam alia gente Anglos totis copijs ſimul pugnaſſe, quam cum Scotis*, & vere, cum p̄ annos pœne bis mille indeſinenter bellatū ſit, ea vtrique populo fuit conditio, vt quos tunc terminos habuerint, etiam nunc habeant, & forte Scotorum illuſtriora ſunt trophæa, vetera non retracto, quale ideſt Raphaelis Hollinshedi teſtimonium pag. cccvII? *nulla in Scotia domus Anglicis mancipijs carebat.* de anno M.lxxII. vlteriora non perſcrutor, & ſufficiet vnius Angli teſtimonium, qui cum ſit infenſiſſimus Scotico nomini hoſtis, vera dixiſſe cēſendus eſt. Is eſt Thomas Vvalſinghā qui in Eduardo II. hæc habet pag. CVI. vbi Roberti Bruſij regis laudata multum humanitate ſubdit. *Et cum Comes Herefordiæ dominus Hunfridus de Broun vt p̄mittitur captus fuiſſet, deliberatus eſt facta commutatione pro dicti Roberti de Brus coniuge, quæ iam diu in cuſtodia Regis Angliæ fuerat detenta captiua. Cæteri vero captiui per redemptionem, ſeu commutationem ſunt ſimiliter liberati. Sed rex tamen amaro factus animo cunctis diebus ſuorum deplorauit infortunium. Paucis interiectis. Eodem tempore plures ex Anglicis facti transfugæ ſe Scotis confœderauerunt, & à regis Angliæ fidelitate deſciuerunt, reuerſique cum Scotis Northumbranum plagam deprædati ſunt vaſtantes villas, & Caſalia, captiuos ſecum trahentes incolas, abigentes animalia, & iumenta, agros depopulantes, incendia cædeſque facientes, Vbique nemine reſiſtente. Nempe tum Anglis in tantū adepta*

fuit conſueta audacia, vt à facie duorum, vel trium Scotorum fugerent centum Angli. Verbum vnum non addo his.

Scotorum foris fortitudo Romam cum Alarico diripiunt, cum Carolo Magno militant, cuſtodes corporum Regum Francorum, bello ſacro cum Gothefredo ſigna ducunt, Ptolemaidem expugnant, & Damiatam, Pictorum Regnum delent, Franco auxiliantur, bello Italico ſtrenuam operam nauant, familiæ Scoticæ in Italia, Regnum in Hibernia condunt, reges Herulis dant, & Anglis, in orbe Nouo regnant. *Cap. XVIII.*

DOmeſticæ *Scotorum* fortitudini ſuccedat parta apud exteros virtute gloria: primum illud nobile *Ferguſium* II Regem *Scotorum* *Alarico Gothorum* Regi ſuppetias tuliſſe in Vrbē *Romā* diripiendā qđ præter hiſtoricos noſtrates ex Claudiano Alexandrino liquet, qui copias Alarici Regis recenſens dum Romam aggrederetur, hæc habet lib. de bello Getico.

Venit & extremis legio prætenta Britannis
Quæ Scoto dat fræna ſuo, ferroque notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.

Nec minus infenſo & hoſtili animo *Hiberniam Romanos* impetentes magna animi virtute, ac conſtantia militari repellunt. Idem de IV. Honorij Conſulatu.

Quid rigor æternus? cœli quid frigora proſunt?
Ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuſo
Orcades, incaluit Pictorum ſanguine Thule,
Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.

Sic locum reſtitui ex fide hiſtorica, & licet poetica ille licentia in Theodoſij Hiſpani Comitis laudes effuſior, quam decet, Scotos ab eo in Hibernia cæſos ſcribat, tamen Romanos conſtat, ne pedem in Hibernia ponerent, Scotorum armis prohibitos. Vnde barbarus ille & virulentus Humfridus L'huyd Anglus in Commentariolo fragmenti pag. XXXVI. non poteſt non hoc veritati teſtimonium perhibere. *Agnoſco multa à Scotis, & prudenter, & fortiter in Britannia, Gallia*

&

& Italia geſta fuiſſe. hæc ille, qui eo animo libellum Solęciſmis fœdum ſcripſerat, vt Scotorum gloriam ſugillaret.

Sequor tempora. Cum *Carolo Magno* fœdus quod *Picti* auerſabantur, *Achaius Scotiæ rex* æternum apud poſteros inconcuſſumque manſurum pepigit Anno DCCLXXVII. vt in hiſtor. Carolor. lib. I. Philippus Belleforeſt ſcribit, ut annales noſtrates omittam. Cum eo *Gulielmus* Regis Achaij frater in Hiſpania Bauaria, Saxonia, & Italia res glorioſiſsimas geſsit, ut in tanti facti memoriam non alias corporum ſuorũ cuſtodes, ſeu σωματοφύλακας Galli Reges exinde habuerint, quam Scotos, & quoties eorum fides à Gallis laudata? nec vnquam pretio corrupta, totumque adeo Regnum in Galliȩ amicitiam pronum, ut rex Gallicorum *Ludouicus* XII. Legato *Ottomannico* mirãti quod tam imbelles eſſent Pariſiorum muri, huius Regni, inquit, *mœnia & propugnacula in Scotia ſunt*. Vnde & honoribus ab iiſdem Franciæ Regibus Scoti, nõnumquam affecti. Belleforeſtus loco laudato. *Dignitates & magiſtratus Saxoniæ peregrinis hominibus dedit, & mxaimè Scotis quorum fideli opera non parum adiutus bello Hiſpanico fuerat*. Nec quicquam iracunda verba *Ioannis Viennenſis* Galliȩ Thalaſsiarchi ſub Carolo VI. *Scotorum* æſtimationi officere debent cum ea à priuatis iniurijs irritato animo proficiſcantur, ut videre potes lib. XI. pag. CCXXXI. Vnicum locum Philippi Cominei Argẽtonenſis apponam ex lib. II. cap. XII. *oppugnarunt acerrimè* leodienſes *ipſius Ludouici XI. ædes & eas exercitus ingreſſus, repulſus cæſusque eſt à Scotis, qui ſe viros ſtrenuos exhibuerunt. pedibus regis Domini ſui quem ſtipabant nunquam moti, ſagittas acerrimè eiaculati, & leodienſes, & Burgundos lædebant*. Hinc Comeſtabulis Galliæ Comes Buchaniæ, Prorex Brutiæ Auerardus Obignius, duces Caſtelrotij, & Turonum, alij multi Toparchi paſsim eo regno præclara poſteris decora fundarunt. Vernolienſi acie Comeſtabulis Galliæ, & Mareſchalcus Scoti fortiter ceciderunt. Ioannes Seran. Hiſtor. Franc. in Caroli VII. rebus, & alij ſed rem illam acrius retractabo. XXIIX. Auguſti anno MCCCCXXIV. cruenta acie ad Vernolium quinque millia Scotorum lectiſsimorum perierunt, cum tanta nobilitatis noſtræ clade, quanta hoſti lugubris viſa, nam Gallicani exercitus Dictator, Coneſtabilem vocant, Ioannes Comes Buchaniæ, & magiſter Equitum, Mareſchallus dicitur, Archibaldus Douglas Dux Turonum, & filius

illius Iacobus Comes Vigtoniȩ,& ipſe Magiſter Equitum, cæſi ſub ſignis,ut Equites Alexander Meldrom, Henricus Balglauie, Ioannes Sterling,Gulielmus Homelſdom,Iacobus Gray, Robertus Randen, Alexander Lyndſay,Robertus ſtevvart,Robertus Svvintoun,& XXVII.turmarum præfecti ſpectatæ uirtutis,& clari nominis,deuotos Gallo ſcotorum animos teſtati occubuerunt,captus Ioãnes Turnebulus Eques.Raph. Holinſhed.pag.MCCXXV.& plura maxim⁹ ille literarum,& iuris Hercules,ſol iuſtitiæ Ludouicus Serninus Aduocatus in Gallicano Senatu Regius,in Actione forenſe pro Ioanne Hamiltonio Doctore ſorbonico.Comitis Mailroſiæ patruo. Tũ Aurelij obſeſsi ſcotorum opera muniuntur anno Mccccxxix.Et Gulielmus ſteuuart ſcotiæ Coneſtabilis Gallos iuuat præſens,& cum fratre,Barone de Dorуaile in acie occumbit ad Genuillã anno Mccccxl. & ſexcennio poſt Ioannes ſteuuart Eques,capta Ioanna puella vulneratur,& Godefridus Graime Rhotomagi captus; In s. Aniani caſtro ab Edmundo ſommerſeti duce expugnato ſcoti CCC. enecti, Demum ad Fromygni prope Baiocas,ſcoti memorabili ſtrage Anglos cædunt.Idem Holinſhedus pag.MCCLXXVI.Omitto *Anglos ſcotorum* virtute acie in Pictonibus commiſſa,Gallia exactos,Omitto *Franciſcum* I.ad Ticinum ferali illa pugna non prius captum quã ex centum *ſcotis*, tot enim Prætoria illa cohors ea ætate conſtabat, quatuor tantum ſupereſſent. Hiſtorici Galli,& in his Ioãnes ſerræus ampliſsimum teſtimonium præſtat,noſtratium famæ parcus leuator & uirtuti haud quaquam æquus. Hoc audio vnum ex Doryphoris illis ſcotis Lutetiæ iam ſcripto ornare,& emittere,ſed & nomen excidit,& opus ad me non peruenit.Concludam totum hoc cum Frãcis fœdus verſibus Georg.Buchanani in Epithalm.

Tu licet ex illa numeres ætate triumphos
Et coniuratum cunctis e partibus orbem
Nominis in franci exitium,ſine milite ſcoto
Nulla unquam Francis fulſit victoria caſtris
Nulla vnquam Hectoridas ſine ſcoto milite clades
Sæuior oppreſſit,tulit hęc communiter omnes
Fortunæ gens vna vices,Franciſque minantes
Sæpe in ſe vertit gladios.

Sed fides ſcoti tibi forte ſuſpecta poſſet uideri,en teſtem eximium, nec

no.

noſtratibus addictum,ſed ipſi nudæ ueritati. Is eſt Michael Hoſpitalius Aruernus,ac Regni Galliæ Cancellarius,qui in nuptijs Franciſci Franciẹ Delphini,& Mariæ Scotorum Reginæ ſic canit epiſtolar. lib. IV.

Accipe nunc quid opum vel vterque, vel altera dotis
Contulerit, puer Henrici ſpes magna parentis
Vnus & Imperij Francorum & nominis hæres
Deſignatus, at illa ſuo Regina marito
Scotorum tabulis Regnum dotalibus affert.
Paruum,inquis, paruum fateor,componimus iſtud
Si noſtro,ſed cuius opem ſenſitque paratum,
Cum bellum gererent noſtris in finibus Angli
Deſertam illorum patriam ſimul agmine facto
Scoti incurſabant, metus hic ſua protinus illos
Reſpicere & noſtris cogebat cedere terris.
Quin etiam tellus his tam fœcunda virorum;
Tamque ardens animus,bellique incenſus amore,
Vt cum alius premeret vicinum exercitus hoſtem
Suppetias alius nobis laturus eodem
Tempore,cærulei tranſmitteret æquora Ponti.
Pro quo rex Scotus frater ſociuſque vocari
Regibus a Francis meruit,ſtipantque frequentes
Semper adhuc Scoti Francorum corpora Regum.

Nec minorem ad Chriſti cauſam protegendam Scoti fortitudinẽ oſtenderunt. Nam cum Vrbanus II. Sub annum MXCV. in Claromontano Concilio bellum pro ſepulchro domini gerendum decreuiſſet, & ex omni pœne regno,& prouincia milites conſcriberẽtur,Scotorum ea expeditione præclara uirtus,dixi ad lib I Bened. Accolti Aretini de bello ſacro. Vide interea Cõradum Lichtenauu Abbatem Vrſpergienſem, & Sigibertum Gemblacenſem ad eundem annum. & vtrũque videbis inter Cruciatos reponere Scotos. Torquatus Taſſus poematis Heroici lib. VII. numero LXIX. inducit *Eberardum Scotum* cupiditate gloriæ *Arganthi* illi immani occurr[illegible] volentem. Iniurius certe eſt Baldricus Burguliens. Abbas,& Dolẽſis Archiepiſcopus,qui hiſtor. Hieroſolymit pag. LXXXIX. *Angliam & Britannos* nominat, eundem populum bis compellans, *Scotos* omittit. Et Fulcherius Car-

notenſis Geſt. Peregr. Francor. in eodē bello memorat pag. ccclxxxv. Anglos, & Britannos, nec Scotorum meminit quos illi expeditioni interfuiſſe narrat Guibertus Abbas Nouigenti, indignus, fateor, qui legatur, nam neque res, neque verba apud illum expedita, & tā iſti hiſtoriæ ſcriptio, quam *Clitellę boui* conuenit, & tamen antiquitatis ergo nominabo. Is hiſtor. Hieroſolymitan. lib. I. cap. I. *Videres Scotorum cuneos crure intecto hiſpida chlamyde, ex humeris dependente Pſitarcia, de finibus vliginoſis allabi, & arma copioſa ſuæ fidei, ac deuotionis auxilia nobis præſentare.* Suſcepta hæc expeditio ſacra biēnio tantum ante mortem S. *Malcolmi* Regis, & S. *Margaretæ* Reginæ. Sed quis bello hoc Scoticarum copiarum Dux? Silent ſanè hiſtorici noſtrates parum diligentes. Et alię gentes nobis in hoc feliciores. *Alanus Ferranus* is fuit, & B. *Bernardus* patriarcha Antiochenus Archiepiſcopus Edeſſanus, vt ad Accolti Hiſtoriam Sacram dixi, & lib. II. ſcript. Scot. Num. CXXXVII.

Altero etiam bello ſacro cum *Richardo Angliæ* Rege in Syriam proficiſcente, S. *Vulhelmus Scotiæ Rex* miſit cum lectiſſimis copijs *Dauidem* fratrem ſuum Comitem Huntindonienſem, cuius ea expeditione clarum nomen, & lectisſima fortitudo Paulus Iouius in deſcript. Scotiæ pag. XXIV. Accidit id circa annum MCC. *Ptolemaidis* ſanè cum eſſet perdifficilis, ac longa oppugnatio, per *Dauidem* capta. Erat in Vrbe quidam *Oliuerus Scotus* ex aula profugus, qui Saracænus habitus in vrbe ſtipendia merebat, ille noto ſibi cum in Scotia eſſet, *Ioanne Dvvirvvard*, compellat, orat de venia ſibi impetranda cum *Dauide* agat, ac ſic pactus veniam portas Chriſtianis, nocte intempeſta, aperit. Hect. Boeth. lib. XIII. pag. CCLXXVII. copioſè narrat. Hunc *Oliuerium*, malo Scotiæ fato, vt ſolet, Iacobus Cardinalis Vitriacus facit *Anglorum* regis filium lib. III. hiſtor. Orient. pag. MCXXXIV. capta vrbs die XI. Iulij. Conſtantius Felix in Ephemeride hiſtorica.

Iam tertio in terram ſanctam à Chriſtianis principibus expeditio ſuſcipiebatur, & *Alexander II. maximè pio, & liberali ſtudio Ludouicum Galliæ Regem eximijs ducibus, validiſque Scotorum cohortib. adiuuit, cum ille Regum optimus, atq. ſanctiſſimus in Aegyptum ad Damiatam tranſmarinam expeditionem religioſo admodū incepto, ſed aduerſo exitu ſuſcepiſſet.* Paulus Iouius deſcrip. Scot. pag. XXIV. Erat hic annus

MC-

MCCXLIX. Hect. Boeth. lib. XIII. pag. CCLXXX. Duces Scoticarum in Aegyptum copiarum memorãtur *Patricius* Comes Merchiarum, *Dauid Lindſay a* Glenesk, *Valterus Stuart* à Dondovval, *viri prudentia, & arte militari illuſtres*. hæc ibi loci.

Sed & illud non minoris fortitudinis, quam fælicitatis *Pictorum* Regnũ in Albione florentiſſimum annis totis MCLXXI. deleuiſſe. fuerat diu inter illos indiſſolubile amicitiæ vinculum, & per ſucceſſores iurata ſubinde concordia, tandem cum ius regni *Pictici* occiſo *Fgano* rege ab uxore *Dorſtolorgi* fratris ſui, deuolutum fuiſſet ad *Alpinum Scotiæ* regem, *Hungi Pictorum* regis ex *Ferguſiana* nepotem, ortũ eſt bellum atrox, quo ingentes vtrinq. clades acceptæ, ac tandem *Druſkenus Pictorum* in acie ſtrenuè dimicans occiditur, *Druschenũ* vocat Polydorus Virgilius Italico more lib. IV. hiſtor. Angliæ. in fine, & Supplicio a Scotis affectum vult, ſed falsò. Rege extincto profligati exercitus reliquiæ *Camelodunum* ſe recepere, ſed vrbe ea expugnata, ad internecionem tota ea gens deleta præter pauculos, qui cladis exortes in Gallias traiecerunt, *Pictonibuſq.* regioni nomen impoſuerunt. Exciſum eſt hoc regnum à *Kennetho* III. Scotorũ rege anno ſalut. DCCCXXXIX. de quo cum multis egerim opere de *Rebus Pictorum*, te eò, lector remitto.

Etiam ad auorum memoriam denetum, & Scotorum claritudini haud parum accedit glorię ex rebus a *Carolo* VIII. Gallorum rege in Italia geſtis. Huic tã celebratæ expeditioni militauit *Robertſonus* quidam Dux armorũ gloria clarus impetratis copijs per legatos anno Mcccc lxxxiii. die XXII. Martij præfectus. Ioan. Leslæus lib. viii. pag. CCCXXIV. ſed maximus eo æuo *Eberardus Obignius e ſtuarda regia familia bello illuſtris, ait* Paulus Iouius Hiſtoriar. lib. i. pag. xvii. *Tritauus Ludouici Ducis liuiniæ fratriſq. Aubigniorum*, qui ambo in Aula Britannica ſanguinis principes humanitate, & prudentia auis nihil inferiores. *Hic Eberardus* ad Pontificem *Alexandrum* VI. Orator miſſus in itinere Principum Italicorum animos pertentauit, & ad regis amicitiam pertraxit, *Ioannis Bentiuoli, Herculis Ateſtini, Petri Medicei, Pandulphi Petrucy*. bello deinde ardẽte nihil ſine eo rex aut duces agere, ille regem Tarenſi acie periclitantem incolumem reddidit, ille conſilijs momenta rerum perpendit, ille vltimus Gallici nominis in Italia propugnator, Aragoniorum felicitatis curſum

remoratus vexillum lilij in Calabria,& Apulia rebus Gallorum ubique iam conclamatis erexit,ut ſemel dicam,*excellẽtiſsimus omnium Ducum,qui cum Carolo in Italiam deſcenderunt.* Guicchiard in.lib.v. in fine,nec poſtea minor fama *Paridis Scoti*,qui acie Rauennate põtem cum mille armatis cuſtodiuit.Idem lib.X.ſub medium.

Ex iſto militandi apud exteras nationes more,tracta paulatim conſuetudo in illarum ſocietatem tranſire, ibique procul à patria fortunarum domicilium figere,ut minus mirum ſit,ubique Europæ Scotorũ familias nobiles vigere. Hiberniam,Daniam,Saxoniam,Poloniam, Heluetios,Belgium,Hiſpaniam,ac Franciam tranſeo,in vnica Italia uerſaturus.Proditum ergo memoriæ eſt Florentiæ pleraſque *Scotici* ſanguinis familias eſſe,quod eam vrbem *Gulielmo Achaij Scotiæ* Regis fratri muniendam *Carolus Magnus* commiſerit, vt probaui fuſiſſimè lib.V.Hetrur.Regalis cap.XVIII.Adde Guicchiardinum lib.1. ubi de Obignij Scoti legatione,Bartholom.Chaſſan.Cat.glor.Mundi par.XII.conſid.LXXVIII.Ego Barones tantum obſeruaui ex Vgolino Verino lib.III.de Illuſt Florent.ſed extincta iam eſt.

Clara potenſque diu,ſed nunc eſt nulla Baronum
Extra progenies,extremiſque orta Britannis.

Riarij Scoticæ originis Sauonæ vrbe liguriæ celeberrima.Fanutius Campanus lib.IV.de nobil.b.Ital.famil.cap.XVII.& alij ex qua familia clariſsimi ſanè prodierunt Petrus Riarius S.R.E.Cardinalis à *Sixto* IV.creatus anno M.CCCCLXX..Epiſcopus *Taruiſinus, Senogallię & Metenſis. Raphael Galeottus Riarius Epiſcopus Imolenſis Hungarię* Legatus,Archiepiſcopus *Conſentinus, & Salernitanus* Epiſcopus *Oſtienſis* S.R.E.Card. ab eodẽ *Sixto* IV creatus anno M.ccccLXVIII. Nepos Comitis *Hieronymi* quo maiorem uirum Italia non habuit, nec Europa.Eadem nunc Bononiæ inter primarias numerata familias Marchionem oſtentat *Ferdinandum* Senatorem omnis veræ nobilitatis deſtinam , literarum fauentiſsimum altorem ad *Cæſarem* à Sereniſsimo Hetrurię Duce exlegatum cuius ſoror Illuſtriſsimo,ac Comitatis omnis humanitatiſque fonti *Aeneæ Magnano* Senatori nupta,& in his duobus populoſæ pridem familiæ ſucceſsio cõſiſtit,ſpes clauditur. Hæc eadem auorũ memoria Foro Cornelij,ſeu Imolæ ſummo iure dominabatur,ſunt & in Italia inalpina *Scotij* vulgo *Scotia* cognominati,ex qua *Bernardinus Scotia* Mãtuæ Senator,

Etru-

Horatius Scotia non ita pridem in aula Romana prælatus, *Franciſcus Scotia* Pini, & Mondoniæ Dominus. Præclara gens Schitiorum à *Iacobo Oldroando* Scoto originem ſuam repetit, & Cremonæ, Mantuæ Veronęque ſummis honoribus honeſtatur. Acta priuata illius familiæ apud Ioan. Leſl. lib. VIII. hiſt. Scot. Romæ ad S. Marię Maioris tumulus eſt perinſigni antiquitate opere Muſiuo in quo Eques quidam vexillum altè leuat ad militiæ gradum denotandum cum elogio marmori inciſo. *Hic iacët Paparones pater & filius Scoti*. Ex hac gente multa & honorata ſucceſſio, ſed præcipuum decus à *Ioanne Paparone* S.R.E. Cardinale ab *Eugenio* III. ereato, & fuit, vt putatur, filius primi illius Paparonis, qui vexillo militari ob fidelem, ſtrenuamque operam ſanctæ Eccleſiæ, & Pontifici laborantibus præſtitam donatus.

Hic porro eiuſdẽ Pontificis autoritate quatuor Epiſcopales ſedes in Archiepiſcopales in Hibernia mutauit, cũ eſſet Scotiæ & Hiberniæ legatus, ſunt hę *Armachanus, Caſſilienſis, Dublinenſis, & Tuamẽſis*. Eadem Eccleſiæ Hibernicæ per Scotum reformatio facta, & honor additus ſub Annum M.C.LI. vt rectè Cæſari Baronio computatũ. Nec audio Philippum Flateburienſem, qui Chriſtianum Epiſcopum Lyſmorenſem autorem huius rei facit ſub annum M.CLII. ut obſeruat Gulielmus Cambdenus. Romæ etiam Creſcentij habentur nobilitatis antiquisſimæ, ex qua, vt viuere deſitos omittam, flos ille virtutum eſt Melchior S.R.E. Cardinalis: eſſe autem Scotici ſanguinis, cum alia multa conuincunt, tum ſtemmate gentilitio *tres Lunæ creſcentes*, ut vocant, quæ codẽ colore, & cãpo à *Setonijs Scotis* nobilisſimis Comitibus Vvintoniæ & Dunfermelini, alijſque Baronib. præferuntur. Bononiæ, Mediolani, Romæ, & alibi Ciuitatum Italicarum multæ ſunt familię Scotici ſanguinis quę obliterata priſca appellatione, vel ab officio, vel a caſu, vel a patria ſimpliciter Scoti dicuntur. Bononię etiam *Mareſcotti* potentisſima iam olim familia vigentibus domi factionibus, quæque vnica ſtudioſisſimè partes *Bentiuolorum* fouit, ciuitatem diu in illorum fide retinuit, expulſos armis reduxit, ad ultimum, ab ingrato iuuene *Ioanne Bentiuolo* in honorata Palatij cuſtodia pœnè tota extincta iugulatis pręcipuis viris, vix tandem reſpirauit, hodieque Senatorem habet alienigenis fauentisſimum *Bartholomæum*, & fratrem illius *Hannibalem* Iuris Cęſarei profeſſorem pri-

marium, nuperque infelici caſu dum Romam peteret *Ageſilam* extinctus deſolatas literas, cõfuſaſque bonas artes reliquit, ingenij gloria & ſcriptorum fama clariſſimus, antiquarius vtraq; lingua incõparabilis. Plura de illius domus claritudine in Hiſtorijs Põpei Vizani Patricij Bononienſis. Ortum referunt ad *Marium* quendam *Scotum* cuius domi veterem, ſed elegãti manu depictam aſſeruant imaginem. Cum ſubſcriptione *Marius de Caluis Scotus dux militum ſub Carolo Magno.* Sed inſcriptionem eam à Pictore fortaſsis deprauatã, aut imperitia rerum noſtrarum detortam exiſtimo, nã verius fuerit *de Galueis*, fuit enim ſub tempora *Achaij* Regis *Scotiæ*, & aliquot ſæculis poſtea clariſsima gens *Galueiorum* Comitum, ſeu de *Galueia* ex qua domi pietatis cõmendationem meruerunt *Otrhedus, Rothelandus, Alanus, Ferguſius* Comites Monaſteriorum inſignes fundatores ſupra hoc tractatu cap. XV. Senis etiã in Hetruria *Mariſcotti* præcipuo nobilitatis gradu habentur germana Bononiẽſibus gens, & à *Marij* fratre germano orta paribus honorum titulis feliciſsimè adoleuit, vt ex priuatis eorum monimentis certum.

Scoti nobilis Placentiæ familia à *Gulielmo* illo *Achaij* Regis fratre, qui cum *Carolo Magno* in Italiam cõtra *Deſiderium* Longobardorũ Regem venerat originem trahẽs. Vmbertus locatus in Chronic. Placentino. Frãciſc. Sanſouin. de orig. Nobil. Ital. famil. pag. CXI. qui illuſtres omnes ex ea viros recenſet, & nonnulli apud Io. Baptiſtã Pignã Hiſtor. Ateſtinor. Princip. vt ſunt *Albertus, Andreas, Frãciſcus, Ioannes Manfredus, & Albertus* Placentia eiectus anno M.CCC.X. familiam nonnihil afflixit. Vide autorem illum.

Eſt etiam in bibliotheca Vaticana Autor quidam Scotus, qui opus ſcripſit *de Illuſtribus familijs ex domo Dugloſſiorum ortis*, ſed non vidi.

De Hibernis quid attinet commemorare, quod eſt veriſsimum nunquã tanti fuiſſe, vt à Scotis peterentur? vnum hoc obiter dixerim, obicem ſemper Scotię meæ eos poſuiſſe, & inſidioſe perfideque ope collata effeciſſe ne ſolidam de Anglis ſuperatis gloriam adipiſcerentur, maximè poſtquam cępit ſeruiliter Anglis parere. Hinc enim ſubſidia Angli tyranni habuerunt annis totis XL. ſub *Eduardo*, & ſucceſſorib. ſceleſtè & impiè Scotis imponere iugum ſatagentibus, donec ea qua decuit animi indole, & generoſitate motus rex *Robertus Bruſius* fra-

trem ſuum *Eduardum* eò cum lecta veteranorum manu deſtinauit, qui fractis Anglorum præſidijs, ſtratoq. ſtationario milite, improbi populi duris, & ſeruituti aſſuetis ceruicibus iugum impoſuit, Hiberniæque inauguratus rex prudenter, ac fortiter imperauit, ſucceſſoribus ius regni ſtabiliuit, fuſo fugatoq. *Eduardo II.* ad Bannokburn. Quod vt ſilerent Annalium Scoticorum autores, iuratus genti noſtrę hoſtis, qui contemnenda opera, vernaculè res Anglorum ignorante quodam ſcriptionis ſtylo cõinquinauit Raphael Holinshed. Chron. Angl. pag. DCCCLIII. eoque nomine *Eduardus Bruſius* rex Hiberniæ Angliam ipſam, Anglicæque ſeruitutis Theatrum, ac ignobilem arenam Hiberniam ſibi non obtemperantem, ſed innata genti perfidiæ proditione reſilientem longè, latèq; potente exercitu vaſtauit ipſo die S. Auguſtini V. Maij, acieque ad Comerau collata Comitē *Holmeſter Richardum Burg, Ioannem Mandeuille, & Alanum FitZvvaren.* animoſius dubites an felicius proſtrauit: deinde ad Metham *Rogerum Mortiner* Anglorum potentisſimum pugna ſrataria deleuit, vſque adeo vt querimoniis Anglorum, & Hibernorum Pontifex motus *Gancellinum* & *Lucam de Fliſco* S. R. E. Cardinales ad *Robertum* Scotiæ, & *Ednardum* Hiberniæ Reges deſtinauerit pacis impetrandæ futuros interceſſores & autoritate Apoſtolica moderatores: ſed eos Reges illi quia pacem à rebus ſuis alienam credebant, admitre noluerunt, ideoque vtrumque regem ſacris inhibuerunt legati, & poſtea regna interdicto ſuppoſuerunt, vt ex Fabiano, Caxtono, Polydoro certa relatione conſtat, qui etſi fatali odio nos inſectentur, hoc tamen fortitudini Scotorum inuictæ, ac iuſtiſsimo de Hibernis triũpho teſtimonium negare minimè ſuſtinuerunt. *Eduardum* ab Hibernis creatum regem Ioannes Leslæus lib. VII. pag. CCXLVII. ſcribit, vt eos ab Anglorum tyrannide tueretur.

Sed ad glorioſiora tranſeo. *Heruli* gens pugnacisſima quique euertendo Romano Imperio non parum momenti attulerunt, quos curſu veliti Romano æquiparauere nonnulli. Sidon. Apollinar. carm. VII. v. CCXLI. & *multiplices crudelitatum ſpecies* appellat Ennodius Ticinenſis vita Antonij Lerinenſis. Hi, inquã, qui *Theodorico* viſigothorum regi potentisſimo tam periculosè reſtiterunt, regem ſibi à Thule Scotica Inſula, & petierunt, & licet Iuſtinianus Imperator alium in aula Byzantina educatum offerret, inde acceperunt. Procopius Cæ-

ſarienſis Scholaſticus lib. II. hiſt. Gothic. rex inde accerſitus Dathes fuit, falsò ſanè originis Irlãdicæ putatus à Vvolfgãgo Lazio lib. XII. de Migrat. Gent. Quod Hibernica ſit *Thule* Inſula, ſed ea Orcadum vna, & Scoticæ ditionis ſemꝑ habita, alibi latè diſſerui. *Dathi* ſucceſſit ex eadem gente frater illius germanus *Aordus*. Procop. lib. III. hiſtor. Goth. & Iornandes Gothus cap. L. & in his finitur Thulenſium Scotorum eo in populo ſucceſsio. Principatum occupauit *Suarkus* quidam ex Auguſti Iuſtiniani commendatione, vt dicebam, quem S. Seuerinus Rauennas Antiſtes cum tota gẽte ab Idolatriæ tenebris ad Euangelij lucem conuertit. Eugippus in hiſtor. Laureacenſium, & Ivvacenſium Epiſcoporum. Sed nihil ad Scotiam.

Athirconis XXIX. Scotorum Regis filius fuit *Carantius*, & *Findoci* regis XXXI. frater, hic *Diocletiano* Auguſto ſtipendia fecerat, & claſsis Romanę in littore Gallico ad excurſiones Saxonum pyratarum comprimendas præfectus, *Crathlinthi* Scotorum, & *Thelargi* Pictorum regum opera Quintum *Baſſianum* acie ſuperauit, Londinum expugnauit, ſeptem annis totis regnauit, dolo tandem *Alecti* Romanorũ legati occiſus Ioan. Leslæus lib. III. pag. CXXII. geſta ſunt hæc circa annum CCCXII. *Carauſium* vocant Angli, & non regnaſſe, ſed tyrannicè regnum ocupaſſe aiunt.

In America Scotorum colonias fuiſſe Geographi Neoterici conſentiũt, vbi de Icaria Inſula, & nos ſupra hoc opere.

Scoti fundarunt Academias extra Scotiam; Lutetiam in Francia, Ticinum in Italia, & Bononiam, in Anglia Oxoniam, Malmesburiam, in Hibernia Benchoram, in Germania Fuldam, Sangallum, & alias. Cap. XIX.

ILla fortitudinis: hæc eruditionis. *Scoti*, qui domi in *Bearnẽſi* Monaſterio, aut *Mailroſenſi* publicas aduenis aperiebant ſcholas, in Italiam Galliamque ea tempeſtate literas demortuas intulerũt, nam cum in Gallias traieciſſent *Carolum* Regem conuenientes, arcana ſcientiarum ipſius ſe auſpicijs tradituros profeſsi, humaniſsimè ab illo habiti, & ampliſsimis ſacerdotijs aucti, Academias fundarunt, duo quidẽ Pariſienſem, tranſalpinis omnibus literarum domicilium, & ſciẽtiarum emptorium mox clariſsimum, duo alij Ticinenſem, quæ Ciſal-

pinos

pinos cum toto Oriente foueret, quæ quia abundè probata ſunt in opere de ſcriptoribus Scotis, nihil hic addo. vide lib. I. in *Alcuinus*, & in *Ioannes Airigeria* lib. III. in *Clemens* lib. XII. in *Ioãnes Mailroſius*. lib. XVI. in *Rabanus Maurus* hi enim quatuor illarum ſcholarũ fundatores cenſendi. Barthol. Chaſſan. Catal. Glor. Mun. conſid. xxx11. par. x. *Carolus Magnus non eiecit claudium, & Ioannem Scotos, ſed vnum præpoſuit Pariſijs, alterum Papiæ.* Zabarella Cardinalis. S. Antoninus par. III. tit. XIV. cap. IV. §. XII. Doctores ad lib. V. clemen. qui primus Bononiæ Iuriſprudentiam excitauit, & publice profeſſus eſt Scotus habetur nomine *Kylianus*. Hic ſub annum M. CXXXIIX. ad Pontificẽ à rege S. VVilhelmo deſtinatus, in reditu contracta valetudine Bononiæ ſubſtitit, vt de Attali Regis legato traditum à C. Suetonio libello de Claris Grammaticis: cumque alij mandata à Pontifice ad Regem retuliſſent, ille eminentiſſimo literarum emporio languentes Muſas ſedulus excitauit, & Iuriſciuilis ſapientiam barbarorum aduenarum Inſolentia poſt Iuſtiniani principatum non dicã oppreſſam, ſed pœnè emortuam, & ſepultam ab Orco reuocauit, cumq; nuda Philoſophia & Eloquentiæ ſtudium tantum eo loci vigeret audaci planè cæpto, ſed euentu optatiſſimo legalem prudẽtiam primus in Italia recluſit, & arcana ſecuturis Myſtagogis adyta patefecit. Teſtes habeo præter noſtrates Ioannem Fichardum, Ioannem Baptiſtam Ziletum, Ioannem Neuizanum, Ludouicum Gomeſium, VVolfgangum Freymonium, & alios qui Iuriſconſultorum vitam poſteritati commendarunt. Huius itaq. fama ab Orco reuocata gratias *Scotiæ* debet Bononia, Scotia mihi. Comes tam mirandi operis creditur *Irnerius*, quos cateruatim ſecuti *Columbus*, *Phaſolus*, *Hngolinus*, *Bulgarus*, *Martinus*, *Placentinus*, *Ioannes*, atque iſti quidem ſincerè, & pro dignitate ius tractarunt, ſed qui eos exceperunt *Accurſii pater filiuſque Bartholus*, *Baldus*, & eius farinæ alij plerique venuſtiſſimum Iuris Romani corpus barbariæ ſuæ Scribligine ineptiſſimè, ceu næuis horrentibus, contaminarunt. Atque ego ſanè hanc Academiæ Bononienſis reparationem bonis teſtibus probatam cenſeo laudandã, vti fictitiam illam ac ignauiæ inſcitiæq; pleniſſimam Academiæ Bononienſis Inſtitutionem reijcio, nam vt linguæ barbariem omittã, quæ illi ſæculo, quo ea ſcripta obtruditur, haud quaquam conuenit, tum illud ſane ridiculum *Ludouicum* Galliæ, & *Philippum* Angliæ reges

Theodoſij ætate nominari, cum nullus vnquam Angliam *Philippus* rexerit, nec illud doctius *Comites Flandrenſem*, & *Pictauienſē* à *Theodoſio* iuniore, vt notat Gloſſa lib. V. Clementinorum cap. I. deputari ad id negotij potuiſſe, cum nec *Flandriæ* nomen ea ætate cognitum, nec *Comes* ullus *Flandrenſis* inueniatur ſub annum CCCCXXV. & qui ipſa verba priuilegij à Theodoſio Bononienſi ſtudio conceſſa apud Middendorpium de Academijs inſpexerit facile iudicabit ante ducentos, aut prę̨ter propter annos formulam eã ab imperito aliquo fabricatam in literarum meliorum opprobrium, vt omittam Bulla Innocentij III. Theologiæ ſtudia Bononiæ formari ad normam Academiæ Pariſienſis, idque anno MCCCLX. Laert. Cherubin. de Nurſia Tom. 1. Bullarij. pag. CCXIX. Itaque vt verum ſit fundatum Academiæ *Bononienſis* à *Theodoſio* principe ius, & autoritatem, tamen illa formula priuilegij ſpuria eſt, & iuſtiſſimo, & honorificentiſſimoque titulo præiudicat impunè, quod lubentius ſcripſi ne optima hæc *Studiorum parens*, cuius ego pars aliqua ſum, traducatur. Sed iam ad Scotorum in Academijs erigendis gloriam redeo.

Oxonienſem in Anglia Academiam ſi non Scotis Doctoribus fundatam at certè multum ijs in eam iuris fuiſſe cõſtat, nam cum in Scotia nulla adhuc eſſet Academia, ad *Oxonienſem Scoti* admittebantur promiſcuè cum *Anglis Hiberniſque*, & *Vvallis*, & Rex *Scotiæ* profeſſoribus ſalaria dependebat quod a nullo quod ſciam, notatum probatur ex Concilio Viennenſi habito ſub *Clemente V*. ſub annum M.cccv. vt refertur lib. v. Clementinorum cap. I. de Magiſtris. verba ſunt. quib. profeſſoribus Hebraicæ Chaldaicæ, & Arabicæ linguarum *in curia Romana legentibus per Sedem Apoſtolicam, in Studijs vero Pariſienſi per Regem Franciæ, in Oxonienſi Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, ac Vvalliæ, in Bononienſi per Italiæ, in Salamantino per Hiſpaniæ prælatos, monaſteria, Capitula, Conuentus, Collegia exempta, & non exempta, & Eccleſiarum Rectores in ſtipendijs competentibus, & ſumptib. volumus prouideri contributionis onere ſingulis iuxta faclutatum exigentiam imponendo.* Ius ergo ſtudendi, docendique *Scotis Oxoniæ* cõpetebat Rege Minerualia cõſtituente. Hinc nugamentum hominum patriæ laudibus præpoſterè fauentium lector abũdè collegis, & quam friuolum ſit argumentum Anglum eſſe quicunque bonas artes Oxoniæ profeſſus, vt in cauſa *Ioannes Dnus Doctoris ſubtilis Scoti* ignariſſimi quidē

& Blitei homines nuper dictum ſcriptumque obtruſere. Et mirari deſine ſi Ioannes Pitſeus Anglus in Scribligine illa ſua illiteratiſsima ex peculio Ioãnis Balæi Apoſtatæ excucullati ſuffurata numeret CCCLXXX.ſcriptores *Oxonienſes*, cum *Cantabrigiæ* tantum CX.aſſignet. Maior ſanè illorum quos *Oxoniẽſes* facit *Anglos* numerus, *Scotiæ*, aut *Hiberniæ* debebatur, & Stellionatus, plagijque crimine nobis ſubductos æquisſimo iure vindicias dare, & repetere poſſemus.

Quin imò cum rex *Aelfredus in Anglia præceptorem non inueniret*, vt loquitur Aſſer Meneuenſis, S. *Ioãnes* Scotus vocatus & ipſum inſtituit, & ſcholam Oxonienſem inchoauit, cui multum ſplendoris addidit S. *Neotus*. in Heluetijs S. *Galli* cœnobium ab ipſo S. *Columbano* pręcipiente, nobiliſsimum literarum emporium euaſit, in quo poſtea operam collocauit S. *Marcellus* S. *Marci* Epiſcopi Scoti nepos, vt ait Eckerardus in vita S. Notkeri Balbuli cap. IIX. Malmesburia S. *Maldulfo* cognomento Pędagogo Scoto debetur cum Vvilhelmo Malmeſburienſe pag. VI. omnes. In Hibernia opus S. *Congelli* Scoti eſt Benchora, cuius præclaræ laudes apud S. Bernardum.

Magdeburgenſis, Iuliaca, Frãcofurtenſis, & Leidenſis ſeu Lugdunenſis Batauica Academiæ primos & primarios Doctores, nec alios quam *Scotos* habuerunt, ſed quia illi teterrimam hæreſim profeſſi, à ſaniori S. R. E. Catholicæ fidei conſilio abhorruerunt, indignos duxi, qui hic nominarentur, reiecti in locum infamię ſuę, & defectioni dignum, ut videbis opere de ſcriptoribus Scotis varijs locis. Et moriantur ſanè, neuè vitam à calamo mea ſperent, qui vitæ libro eraſi tenebris ſe impietatis perpetuis vltro infelices addixerunt, & manciparunt.

Scotica nobilitas quando diſcerni cœpta? Thani vetuſtiſsimi prouinciarum Rectores, Barones, Comites à S. Malcolmo III. creati, Duces, Vicecomites, XII. Pares, & Marchiones ab alijs adiecti.

Cap. XX.

SVmmum in *Scotos* iam tum a primo in Albionem aduentu Imperiũ penes Regem erat, qui duos quidem ordines ſeparabant nobiles, & plebeios, ita tamen vt ſicut inter plebeios nulla eſſet diſtinctio,

Ita nec optimates vlla inter ſe nota, aut appellatione, & domi, aut militiæ diſcernerentur, prçter eos qui prouincias ſummo cum imperio adminiſtrabant. Atque hi quidem ſecundum Regem ipſum potentiſſimi, opulentisſimi maximæ autoritatis, nam & Comitia indicebāt, & iudicis publicis prçerant, & de capite prouincialium iudicabant ad libitum, & Enſis ijs prçferebatur, & ſub Cono peio ſedebant, hi patrio vocabulo *Thani* antiquitus dicti, a *Thanao* quodam cuius Conſilio *Simon Brechus Scotorum* in Hibernia vt ferunt, dux vtebatur viro graui, & prudente, appellationem ſortiti. Immodica hęc potentia rebellionum interdum fomes. vide lib. IV. de ſcriptoribus Scotis in *Dempſterus*. Hic ſtatus Scotiæ fuit vſque ad annum MLXI.

Malcolmus III. ſanctorum albo iure adſcriptus ſublato *Maccabæo* tyranno regnum legitimè ſibi debitum occupauit, quod vt ornaret vnica cura incubuit, tunc & a prędiis nobilibus nomina quiſque ſumpſit, & cum magna frequenſque nobilitas S. *Margaretam* ex Hungaria & Anglia ſecuta in *Scotia* conſediſſet, ſplendorem nouo ſuo principatui additurus, *Barones*, & *Comites* creauit annal. Scot. Et Baronum quidem infima dignitas eſt. Eberardus Altahēſis Ratisbonenſis annalib. anno MCCLXXIV. omittit Vvingartenſis Monachus libro de Gvvelfis tom. 1. antiq. lect.

Baronum quæ eſſent prima creatio munus & dignitas, non eſt expedire procliue, nam apud antiquiſsimos linguę latinę autores pro Bliteo, aut Blenno, ſtupidoque vſurpatur. Ex epiſt. familiaribus lib. II. de diuinat. & lib. II. de finib. docuit Theodorus Marcilius ad Perſii ſatyras. vide loca. Alii, in his Cornutus vetus Perſii interpres & gloſſæ ad v. CXXXVII. ſatyr. v. Barones exponunt *fatuos, ſtultos, lingua. n. Gallorum Barones ſunt ſerui militum, qui vtique ſtultiſſimi ſunt*, eoq. docti quidam viri trahunt illud A. Hirtii de bello Alexandrino cap. LIV. prę aliis Andreas Alciatus lib. V. parerg. iur. cap. XVI. *Concurritur ad Caſſium defendendum ſemper enim Barones compluresq; euocatos cum telis ſecum habere conſueuerat à quibus cæteri intercluduntur*; quanquam eo loci non *ſerui militum* videntur eſſe *Barones*, *ſed milites conductitÿ*, ſiue *Mercenarÿ* cenſet Iſidorus Hiſpalenſis lib. IX. cap. IV. eamque vocem originis grecę eſſe ait Βαρὺς enim *grauis*, *ab operarum quas debent grauitate*. Manutius *Baronis* nomine putauit ſignificari *mulieres philoſophiæ ſtudio addictas, & ob id molles homines, & Epicureæ ſectæ addictos*, quam bene ipſe viderit.

Nec

Nec defuerunt qui ex loco Perſij colligerent diuerſum omnino ſenſum, & legunt *Varo*, aut *Varro* non vero *Baro*, vt ſit *Varo à Varis*, ſeu *perticis* quas Pollio Vitruuius lib.X. Architecton.cap. XIX. *arrectiuas* vocat, & nihil aliud ſit, quã *ſtipes* aliquis, aut *Caudex*. Ita legit Adrian. Turnebus.lib.IX.cap.II.lib XX.cap.I. Vt enim antiqui homines ineptos *Rupices* à *Rupe*, *Petrones*, à *Petris*, ita & Caudices, & Varones à truncis, aut *caudicibus* arborum, *Varis*, aut perticis dixerunt. Feſt.lib. XIV.in *Petrones*, &lib. XVII.in *Squarroſi*. Id voluit C.Lucilius apud eundem feſtum, & Nonium Marcellum

Varonum, & Rupicum, Squarroſa, incondita Roſtra.

Falſi tamen illi & *Baro* apud Aul. Perſium legendum quo vir militaris denotatur. Petrus Pithæus lib.I. Subcęciuor cap. VIII. Origo illis è Gallis vbi ea vox virum fortem iam olim ſignificabat. Ita Cicero libro V. ad Atticum Epiſtola XI. *Apud Pattonem, & reliquos* Barones *te in maxima gratia poſui, hercule merito tuo feci.* Sic gloſſę *Philoxeni* *Baro* ἀνὴρ, & *Baroſus* Σοβαρὸς, & rurſus *Baroſus* βάκλνος. a quo ſignificatu deriuari *Baronum*, & nomen & inſtitutionem primam non eſt dubium. Quorum ſane nomen ante S. *Malcolmum* inauditum, vt dicebam, & tunc inter regni proceres illi recenſiti. Sic apud Anglos ſerius illorum dignitas cognita Gulielm.Cambden.in Britan.deſcrip. qui tamen haud rectè eoſdem *Thanos* eſſe putauit. Prima ſui inſtitutione in Anglia ærarij curam habebant, tabulaſque regij cenſus cuſtodiebant, idque ex pręſcripto Gulielmi Conquæſtoris. Polydor. Virgil.lib. IX.hiſtor.Anglic.pag. CLIV. At ſemper apud noſtrates *Barones* fuerunt eminenti nobilitatis gradu, adeoque vt Regum reſcripta *Barones Parlamentarios* pro omnibus Regni optimatib. compellare ſoleant. ſequiori æuo *Leudij* illi dicti, fideles, ſcilicet regis Gregor.Turon.lib. IX.cap.XX.& Appendice ad eum cap.LIV. cap. XLI. vnde *Leodem* pro fide dixit Marculfus lib.I. Monachus lib.I.form.capit.XL. & *Leudum* pro feudo dicunt Germani, ut obſeruant Cuiacius, & Hieronymus Bignonius.

Proximi ſupra hos ſunt *Vicecomites*, & ipſi apud alias gentes ab officio dicti, quod eſſent iuſtitię adminiſtratores, ut in Anglia, & in Normania etiam num hodie videmus; ſed nunc longè diuerſa ratione gradus eſt nobilitatis, quando apud noſtrates inualuerit primum haud facilè dixerim. Certè nũc duo ſunt in vniuerſo regno *Areskinus Fen-*

toniæ Ramſæus Hadintoniæ, vterque ueteri ſanguinis nobilitate, ac propria virtute ſpectabilis, & periclitante grauiter, ſeruato fortiter rege ad id honoris aſſumptus *Gaureanæ* proditionis trophęa futuri, ille etiam ſtationariorum, ſeu corporis cuſtodũ Pręfectus. Hoc olim nomine prouinciarum Rectores audiebant, quos Saxonico vocabulo *Serivvos* poſtera ætas dixit, & Galli *Seneſchalcos* antiquis ſuis conſtitutionibus vocant. Ioannes Lesłęus lib. I. hiſtor. Scot. pag. LXXIX. ſed omnium curioſiſſimè muſarum ille ocellus Hieronymus Bignonius originem huius vocis ex antiquitatis latebris in apertũ eduxit, ut ſint nihil aliud *Comites*, quam pagorum aut ciuitatũ adminiſtratores, eorumque Vicarij dicti *Vicecomites*. ita Gregorius Turonenſis lib. X. hiſtor. Gallic. cap. V. Reſponderunt hoc *Animondi Vicarij dolo, qui pagum illum iudiciaria regebat poteſtate factum eſſe*. idemque rurſus lib. VII. cap. XXIII. incertus, ſed uetus ſcriptor inter ueteres formulas cap. I. *ipſe Vicarius per Iuſſionem ipſius Comitis ipſum hominem per manus pro colono ipſius aduocato illius Albatis viſus eſt tradidiſſe*. Hos ideò Valafridus plebanis & parochis Eccleſiarum aſsimilat, & conſentit Caroli Magni Capitularium lib. II. cap. XXVIII. *habeat vnuſquiſque Comes Vicarios ſuos, & centenarios ſecum*. Hincomarus Rhemenſis Archiepiſcopus Epiſt. IV. cap. XV. *Comites vel Vicarii, vel etiam Decani plurima placita conſtituunt*. perēptorius apud eundem eſt locus Epiſtola pro Epiſcopis Gallię, & Germanię cap. III. *Regum Comites in Ciuitatibus ſuis, & Comitum Vicarii in plebibus*. Sed hæc alijs omnibus gentibus labente Imperio Romano ſunt communia ſeriuſque hoc nominis, & officii apud noſtrates auditum, ſit, & vt puto, à Gallis traductum.

Iſtis ſupereminent, uti dicebam, *Comites* Ciuitatum nempe interdũ & pagorum pręfecti, docuit pridem Illuſtriſsimus Hieronymus Bignonius ad Marchulfi formulas lib. I. cap. XXVIII. Neque uero nobilitatis initio pręrogatiua ea voce ſignificabatur, ſed officium tantum. S. Epiphanius lib. I contra Gentiles. *κόμης ὁ λαοῦ ἄρχων Comes populi princeps* Diuus Auguſtinus lib. V. Ciuit. Dei cap. V. *Cum ille in officio Comitis militat*. Sidon. Apollinar. lib. VII. Epiſtol. II. Aurel. Caſſiodor. lib. VI. formular. XXII. Synodus Cabilonenſis II ſub Carolo Magno cap. XX. *Comites, qui poſt Imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt*, Erant ergo illi in duplici genere apud Romanos,
&

& deinde Gallos vel enim in palatio militabant circa corpus Principis ipſius continuo verſaturi, vel prouincialia munera exercebant. Primi ordinis dicebantur *Comites Palatij*, vt in Capitulo Caroli Magni lib. III. cap. LXXVII. *Neque vllus Comes Palatij noſtri potentiorum cauſas ſine iuſſione noſtra definire præſumat.* Iudicium Pipini Maioris domus de rebus S. Dionyſij M.S. in ſcrinio eiuſdẽ loci. *Seu proceres noſtri, ſeu Comites palatij noſtri, vel reliqui legis Doctores iudicauerint.* Traditio Fuldenſis *Gebavvnium, & Ruadhartum Comites palatij* nominat, & multiplex horum nomen, varia officia *Domeſticorum, Excubitorum, Conſiſtoriani*, de quibus ad Corippum ago, *Patrimonij*. Ennod. Ticinẽſis lib. VI. epiſt. X. *Sacrarum* non largitionum, vt vulgo creditum quamquam & id quoque in aula officium, ſed literarũ principalium, quæ ſubſtantiuæ *Sacræ* dicuntur. Idem lib. III. Epiſt. XXIII. *Aerarii, Archiatrorum, Commerciorum, diſpoſitionum, domorũ principis, fœderatorum, horreorum, largitionum, remunerationũ, ſacræ veſtis, ſtabuli ſacri, Theſaurorũ* Comites omnes ad principis familiã creduntur ſpectare, & frequentiſſima eſt mentio apud Iuriſconſultos, Collegit diligentiſſimè Barnabas Briſſonius ad quem te remitto, Mi lector. ſecundi generis Comites erant, qui ab aula recedẽtes *viri illuſtris* titulo prouincias, ciuitates aut pagos regebant, iudicia exercebant. Ennod. Ticinenſis Dictione III. ſic paſsim in Iuſtinianeo iure, & libello Scoti Anonymi de notitia prouinciarum Comites *Aegypti, Aſiæ, Orientis, Hiſpaniarum, Macedoniæ, Africæ*, aliarumq. Regionum *viri illuſtriſſimi* interdum dicti, interdum *Clariſſimi*, nonumquam *Illuſtres* tantùm, vt ab alijs obſeruatum: Ratio certa, quod prouinciç aliæ alijs eſſent nobiliores, vt ad illud Claudiani dixi lib. I. in Eutropium

——pretijs diſtinguit regula gentes,
Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis,
Silycios tenuiſſe velis, tot millia ponas,
Si Phrygas, adde parum.

Diuerſa hæc prouinciarum nobilitas quibus regendis imponebantur, Comitum varios gradus effecit, vt non iniuria Vvalfridus Strabus Monachus Sangallenſis lib. de Reb Eccleſiaſticis cap. XXXI. *Comites Epiſcopis, Duces Metropolitis* conferat, nec malè Hincmarus Rhemenſis epiſt. III. cap. XIX. eandem dignitatem aſſerit *Archicapellani*

ſeu Apocriſiarij, & Comitis palatii. Hæc quidem de Comitum origine apud Romanos, & alias gentes, quæ exciſo Imperio illo grandi aliquem riuulum ex immenſo illo fonte haurientes, nomina ſaltem dignitatum inde acceperunt; At longo temporis ſucceſſu nomen *Comitis* deſijt officij eſſe cæpitq; nobilitatis titulus, & gradus haberi, neq. vt prius ad placitum principis conferri, ſed ad ſucceſſores hæreditario iure tranſmitti. Sic apud noſtrates Comites creauit S. *Malcolmus* III. & priuilegia creatis conceſſit. Annales omnes noſtrates veteres, & recentiores.

Supra hos conſtituti *Marchiones* ab iiſdem illis Romanis, Lõgobardis, Germanis, & Gallis, ſed non diſſimili à *Comitibus* origine licet poſteriores tempore, & licet officium illorum apud Romanos, celebre haberetur tamen non idem nomen obtinebant, eſt enim vox ea Germanica, vt ſit *Marchio*, quaſi *limitum præfectus*, ſi quidem *Mark*, eo idiomate *Limes* vocatur, Romani inquam, *limitum cuſtodes* barbarorum incurſibus arcendis, & iniurijs prohibendis habebant, vt ex Iuriſconſultorum placitis eruditisſimus Guidus Pãcirolus docet ad librum notitiæ vtriuſque Imperij, cuius autorem eſſe Scotum probaui abunde lib. IX. ſcriptor. Scotor. ſine cuius diligẽtia hodie in meris tenebris verſaremur. Plura de limitum cuſtodibus apud doctisſimum Volfgangum Lazium Commentar. Reipubl. Roman. & ego multis egi ad illud Claudiani lib. I. de laudib. ſtilicon.

Vt Sueuus iam rura colat, flexoſque Sicamber
In falcem curuet gladios, geminaſque viator
Cum videat ripas, quæ ſit Romana requirat,
Vt iam transfluuium non indignante Caico
Paſcat Belga pecus.

Locum lubens poſui, quia vitio laborat, ego refingo ex MS. Iacobi Gotefredi.

Vt iam trans Fleuium.

Sic ergo Teutonica voce *Marchiones* vocati, qui prouinciarum confinia contra vim hoſtilem tuebantur, vnde in *Kineardo Scoto*, qui falsò *Eginhartus* dicitur in vita Caroli Magni inſtituuntur tres *Marchiones*, vnus Pannoniæ, ſeu Auſtriæ, alter Norici, ſeu Carantane, tertius Iſtriæ, ſeu Foroiulienſium, & hac ratione prouinciam Scoticam, vulgo *le Mers*, latine *Marchiam* vocatam exiſtimo, quod Angliæ limiti

obiecta,

obiecta,& coniuncta fuerit.Sed tamen nullus antiquitus, quod memini *Marchio* fuit,ſed *Marchia* ea Comitibus ſubdita quorum potentiſsimi *Dumbarri* ab annalibus noſtratibus referuntur. Primus ergo, vt exiſtimo *Iacobus* Magnæ Britanniæ Rex paucis annis antequam Angliæ regnum adijſſet duos *Marchiones* inſtituit *Hamiltonium* Regij ſui ſanguinis principem & coronæ Anglicanæ hæredem à Rege & liberis: Secundum *Huntlæum* Toparcham tot illuſtrium Gordoniorum familiarum caput longa ſtemmatis ſerie à *Setoniis* repetita, opibus & autoritate florentiſsimum.

Dignitatis prærogatiua his priores habentur Duces Romanorum principum conſtitutionibus Codice Iuſtinianeo, & Theodoſiano varijs locis vet. gloſſ. Dux Ανθύπατος όσιμερον. Sic *Dux limitis Euphratenſis, limitis Illyrici, limitis Aegyptiaci, limitis Thracii, orientalis* paſſim occurrit, &, vt ſemel ex *Scoti* noſtri libello de notitia vtriuſque Imperij concludam, *Duces* per Orientem erant VI. per Aegyptũ II. per Ponticam I. per Thracias II. per Illyricum II. in occidente multo plures. Hi interdum *viri ſpectabiles*, alias *Clariſſimi viri* dicti, & non minus, quam *Comites* prouinciarum, vrbiumq; curam habebãt, more à Romanis, vt apud Caſsiodorum lib. VII. ad Gallos tranſlato Gregor. Turonenſis lib. VI. cap. XLI. *Miſit ad Duces Ciuitatum, & Comites nuncios*. Et non ineptè quidam conijciũt vnicuiquè *Duci* XII. *Comites* ſubeſſe, ex Gregorio Turonenſe, & Aimonio Monacho alij obſeruarunt. Hiſtoria Pipini apud Continuatorem Aimonij lib. IV. cap. LXI. *Pipinus reuerſus Grifonem more ducum XII. ciuitatibus donauit*. Ideo Marculphus lib. I. ca. VIII dixit officium ſiue *actionem, Comitatus, Ducatus, Patriciatus*. & vt ſup. ex Vualafrido Strabo oſtendi *Duces Archiepiſcopis* honoris prærogatiua conferebantur. Ita exiſtimo nomen *Ducum* veteri memoria officij fuiſſe, non nobilitatis nomen habitũ, vt cum *Douchad Scotiæ Regem à Duce ſuo interfectum* Scribit S. Marianus Chronico ad Annum M.XLI. & in vita S. Rudberti per Anonymum ſcripta, a Caniſio publicata cap. I. *Rudbertus Scotorum Ducum ſanguine ortus* ſcribitur, id, inquam, non de gradu aliquo Nobilitatis intelligendum, nam nec eo ſæculo, ideſt circa annum DCXXX. vlli in *Scotia Duces*, niſi forte prouinciarũ Rectores. nec verò *Duces* erexit S. Malcolmus, nobilitatis tamen noſtræ unicus parens, & primi *Duces* fuere creati *Albaniæ*, & *Rotheſaiæ* à *Rober-*

to

to III, ut exiſtimo, electi Hector. Boeth.

Creatos etiam XII. *pares* in *Scotia* ad ſimilitudinem dignitatis Gallicanæ loquitur Thomas Vvalſingamus in Rebus *Eduardi* circa annum M.CCXCV. & rurſus idem repetit in Hypodigmate Neuſtriæ pag. CCCCLXXXIII ſed illi non *pares* erant, ſed uerius regni Scotici cuſtodes habebantur cum extincto *Alexandro III.* rege nullus hæres relictus foret prçter filiam impuberem Reginæ Daniæ, quæ *Alexandro* nata fuerat. Et tunc non XII. *pares*, ſed VI. tantum *procuratores* regni delecti, ſcilicet *Gulielmus Fraſer* Epiſcopus S. Andreæ, *Duncanus* Comes Fifenſis, *Ioannes Cumenus* Comes Buquhaniæ Aquilonarem regni partem tueri iusſi, *Robertus* Epiſcopus Glaſcoenſis, *Iacobus Stuartus* Seneſchallus *Scotiæ*, Dominus vulgo *Mylord Cumenus* Auſtrali limiti prçpoſiti. Sic ergo dupliciter Vvalſingham errat, nam neq. *Pares* illi, ſed Curatores, & Gubernatores, neque XII. ſed ſex in uniuerſum. annales noſtrates in his Ioannes Leslæus lib. VI. Porro nomen *Parium* nō à Gallis primum quod putat Tilletus in Analectis ſuis Gallicis, ſed a iure Feudali Longobardorum defluxit in quo pasſim *pares Curiæ*, & *pares Curtis* pro iudicibus delectis paris poteſtatis, ita intelligo locum Radeuici, quam ante cētum annos ex Cœnobio *Scotorum* Viennæ edidit Benedictus Chelidonius Scotus Abbas. Is ergo in continuatione Ottonis Friſingēſis lib. IV. cap. VII. *Si inter dominum & Vaſſallum lis oriatur per Pares Curiæ à domino ſibi debito fidelitatis coniuratos terminetur.* Atque ut hic Iudices à principe conſtituti *Pares* cenſentur, ita in legibus Xuiralibus eadem uox de quolibet homine uſurpatur, ut cū *Parricidium* definitur idem ac *homicidium*. Hęc enim XII. Tabularum ſunt uerba. *Si quis ſciens hominem liberum morti duuit dolo, parricida eſto*, Refert D. Auguſtinus libro I. de libero Arbitrio cap. IV & Cicero in Topicis ad Trebatium. ſed ego ad Scotiam meam redeo.

Scotia miſerorum Regum aſylum, & exempla hiſtorica varia adducta. Cap. XXI.

SCotia etſi tenui Regum patrimonio, tamen laborantibus infortunio aut ſubditorum perduellio vexatis Regibus ſępe adfuit, & gremiũ ſuum benignisſima afflictis aperuit, & opes ſuas non negauit, quod ex hiſtoricis aliarum gẽtium exemplis allatis probabitur. Ac primũ *S. Conſtantinus* III. VVallorum rex deſperatis domi rebus in *Scotiã* ſe recepit & Monachum indutus religioſa uita decurſa ſanctorum albo adſcribi meruit ſub annum DLXVIII. ut lib. III. de ſcript. Scot. plenius exprimitur.

Nec minus memorabile eſt quod a S. Beda refertur lib. III. Hiſtor. Eccleſiaſt. gent. Anglor. cap. I. *Filii Regis Eduuini cum magna nobilium iuuentute ad Scotos, ſeu Pictos exulabant, ibiq; ad doctrinam Scotorum Catechizati, & Baptiſmatis gratia ſunt recreati.* Hoc in eo gñe ſecundum a Scotis beneficium Angli acceperunt. Idem repetit Henricus Huntidonienſis lib. III. Hiſtor. pag. CXC.

Celebre illud ab eodem *Scotorum* Charitatis diuinæ opus laudatur lib. de vita *S. Cuthberti* cap. XXIV. *Alfridus rex Anglorum ob amorem ſapientiæ exilium paſſus in Inſulis Scotorum literas didicit.* quid nobis Franciſce Goduuine rependis? contemptum ſcilicet & inſolentis linguæ mentiſque barbaræ, & exulceratę conuitia: facis quod Soles, nec tamen gloriæ maiorum noſtrotum intemeratę ignauisſimis tuis maledictis officis.

Ad alios tranſeo. *Obſeruus & Hugo* Normani a rege *Scotiæ* benignè recipiuntur. VVlhelmus VVeſtmonaſt. ad annum M.CII.

Francos etiam iuuimus nam *Sigiberti F. Dagobertus* admodum paruulus fidei *Gruvvavldi* Maioris domus commẽdatus in Scotiã eſt miſſus per *Didonem* Pictauienſem Epiſcopum. Ioannes Trithem. lib. I. Compend. hiſt. Franc. pag. LV. Rem hãc ex Vignieri Chronico Burgundię narrat Arnoldus Vuion. lib. IV. lign. uit cap. XXVI. *Dagobertus* Sigiberti *Auſtraſiæ in Gallia Regis filius fidei, tutelæque Grimaldi aulæ præfecti a patre moribundo commiſſus, ſed ab eo perfidioſè detonſus ac ſacris initiatus, & ad quoddam in Scotia monaſterium relegatus diẽ*

clauſit

clauſit extremum circa annum DCLVIII. Annales Gallici omnes, qui mihi non ſunt ad manum.

Suenotho Merciorum, ſeu Danorum Danemarchię Regũ *Haraldi* VII. F. ut deſcribit Volfgangus Lazius lib. IX. de Migr. gẽt. pag. DXVII. *Rurſum defecit à vera Chriſti doctrina propter quod cum Germanos vltores timeret foſſam duxit, ac vallum à Sleſmico vſq. ad mare, quibus murum poſterius, ac propugnacula Rex Vvaldemarus adiecit, bella geſſit cum vuendis, & Erico Sueuorum Rege, a quorum primis ter captus magno ære ſe redemit, ab altero vero omnino regno exutus, exul in Scotiam fugit, vnde tamen rurſus Erico victore mortuo in paternum Regnum rediit, ac factorum pœnitentia ductus opera Adelhardi Hamburgenſis Epiſcopi Chriſti rurſus ſe iugo ſubmiſit.* fuit autẽ *Adelhardus* hic Hamburgenſis Antiſtes mira uirtute, ac pręcipua integritate, diuerſus tamẽ ab *Adelhardo* Monacho ſanctis adſcripto cuius Natalis in Monaſterio Spanheimenſi recolitur die XXVI. Decembris Trithemio teſte, putaturque obdormiſſe anno DCCCCXXIV. Arnoldus Vuion.

Danorum etiam Rex alius Sueuo ab Anglis quorum fidem, & auxilia ſupplex implorauerat repulſus, a Scotis iuuatur. Saxo Grammaticus lib. X. pag. CLXX. & neſcio an non idem iſte ſit cum ſuperiori, nam Saxo quidem nunc apud me non, ſed piſis cum Bibliotheca relictus, nec ulla hic talium librorum copia expectanda.

Ad Anglos iterũ redeo *poſt Pendæ mortem filij Edilfridi de Scotis reuerſi regnum quondam patris ſui arripiunt, e quibus duo à fide Chriſti apoſtatantes, quam apud Scotos didicerant, intra vnum annum pereunt*. inquit Hermannus Contractus in Chronico ab Henrico Caniſio edito ad annum DCXXXI. Ecce Angli à Scotis fidem addiſcunt, in patria ſua ab ea deficiunt. Gul. Malmesbur. lib. 1. geſt. Anglor. cap. III. *Oſvualdus Rex fide quam ferro inſtructior, nam apud Scotos cum multa nobilium indole exulauerat, baptiſmi gratiam meruerat.*

Nunquid *Ethelreda* Anglorum Regina faſtu Regio longè amoto in Scotico Coldingamiæ Monaſterio felicisſimè & vixit & obijt? lege Polydorum Virgilium hiſtoria Anglica & alios. S. *Ebba* & ipſa ex Anglia pro fuga in eodem Cœnobio glorioſum uitæ ſanctisſimæ agonem abſoluit circa annũ DCXXX. Eccleſię Anglicanæ Tropheũ imaginæ XVII. Chorograph. Britanniæ pag. DCIX. & Ego lib. V.

de

de ſcriptorib. Scot. de vtraq. fusè egi. Poſterioris etiam celebris reſtat memoria, nam Scopulus in Forthæ æſtuario ingens a nautis S. *Ebbæ caput* vocatur. Hunc locum Tacitus, & alij *Bodotriæ fretum* in vita Iulij Agricolæ appellat, ſed nomen mutatum à ſanctiſſimæ fœminæ incolatu. Meminit Ioannes Leslæus lib. X. pag. DXXXV. hiſtor. Scot. ſed iſta ſunt non magni ponderis.

Edgarus verus Angliæ hæres *Eduardi* F. S. *Eduardi* II. primum ab *Heraldo*, deinde à *Vvilhelmo* Normanię duce vehementi bello vexatus nauem conſcendit, & in *Scotiam* delatus cum matre ſua *Agatha*, vt ſcriptor. Scot. lib. I. videbis, & ſororibus duabus, quarum nata maior Regi noſtro *Malcolmo* III. cognomento *Canmoir* deſpōſata fuit *Margareta*, & vterque in ſanctos relatus numeroſam, & ſanctam ſobolem poſt ſe reliquit. Et copioſius iſta hauriuntur à Turgoto Dunelmenſe Priore, & S. Andreæ Epiſcopo, qui vitam vtriuſque ſcriptis egregie mandauit. Tum *Normanus* certior factus *Edgarum* à *Scotiæ* Rege receptum confeſtim omnes ipſius amicos Anglia diſcedere mandat, qui Regis ſui fortunam ſecuti in *Scotiam* deſcenderunt, in his nobiliſſima familiarum nomina apud noſtrates principia acceperunt, vt ſunt *Lindſay*, *Vaus*, *Ramſay*, *Lovval*, *Tovvris*, *Preſtoun*, *Sandilandi*, *Biſſet*, *Foulis*, *Vvardlau*, *Maxuel*, quos omnes noſtri Annales Anglici ſanguinis faciunt, vt, & illos qui Agatham ſecuti cenſentur Hungarici ſtemmatis habentur, vt ſunt *Crichtoun*, *Fodringhame*, *Giffert*, *Maulis*, *Borthik*, *Leslæi*. Neque minus eodem tempore Gallicana nobilitas ad Regem *Malcolmum* confluxit; Ex his feruntur non obſcuræ famæ proceres, *Fraſer*, *Sanchir*, *Monteth*, *Montgomerie*, *Campbel*, *Bruſe*, *Tailzefer*, *Betoun*, *Bothvvel*, ſed ad Reges receptos regredior.

Notiſſimum eſt *Henricum* VI. Anglorum regem ab *Eduardo* IV. fuſum, in *Scotia* omnes vertiſſe cogitationes, quā ingreſſus cum vxore, ac filio principe ſequentibus Ducibus Sommerſeti ac Gloceſtrię, Comitibus Pembroci & Vvaruici a Rege *Iacobo* III. humaniſſimè exceptus, & cenſu ſibi e patrimonio regio adſignato aliquādiu vixit. *Penſionem* vocat Raphael Holinshedus Annal: Angliā. pag. M. cccxii. *Rex*, inquit, *Scotiæ miſeram Henrici Regis ſortem doluit eumque verbis humaniſſimis, & promiſſis beneuolis conſolatus adſignauit ei idoneā ex fiſco penſionem, vnde honoſtè viueret quandiu eſſet māſurus, aut in eo regno ſubſiſteret*. paucis antea dixerat. *Rex Henricus à Rege Scoto-*

rum petierat ſupplex conſilium, adminiculum, ſuppetias, refugium, ac ſolatia. Hęc ſunt ſcriptoris Angli verba, quæ quam longisſime ab inani eorum hominum iactatione abſunt, qui Regem Scotiæ Angliæ ſubiectum, ac veluti Vaſſallum audent importunè garrire, ridere ſoleo frigidisſima ea commenta, ac cerebri maleſani deliria, maxime cum extet Tranſactio a Comite *Douglaſſio* aſſeruata, qua rex ille Anglię non cum Rege *Scotiæ*, ſed cũ Comite *Douglaſſio* paciſcitur quaque ſuppetias XXX. millium armatorum Comes ille promittit. Nec vlla, niſi honorifica de Rege, & Regno *Scotiæ* conditio ibi habetur.

Henricus VII. Angliæ rex graui Scotorum bello infeſtatur ſub annum MCCCCXCVI. auxilia enim illi ferebant *Richardo* cuidam, qui in Scotia honorifice a *Iacobo* IV. receptus erat, quod eum tãquam Ducem Eboracenſem Francorum rex, & *Margareta* Burgundiæ Dux cõmendaſſent. Ioan. Leslæus lib. VIII. hic in Anglorum annalib. *Perkin Vvarbeck* fruſtra a noſtris adiutus, perſona detracta diu poſtea Henrico regi a Vvallis traditus, Holinshed late narrat, inſeruiuit.

Cum *Stephanus* Comes Bononiæ vſurpaſſet Angliæ Regnum contra *Mathildam* Auguſtam, illius filius *Henricus*, qui poſtea imperauit *iam XVI. annorum iuuenis* ait Rogerus de Houeden annal. par. I. pag. CCLXXX *nutritus in curia regis Scotorum aui matris ſuæ, factus eſt miles ab eodem rege Dauid in ciuitate Carleoli, prius dato ſacramento, quod ſi ipſe rex Angliæ fieret, redderet ei Nouum Caſtellum, & totum Northumbriam, & permitteret illum & hæredes ſuos in pace ſiue calumnia, in perpetuũ poſſidere terram illã, quæ eſt à fluuio Tvvede ad Tine. Deinde idem Henricus per auxilium, & conſilium Dauid regis Scotorum transfretauit in Normanniam, & receptus à proceribus Normaniæ factus inde eſt Dux* M.CXLVII. Hũtindõ. eãd. li. IIX. *Henrico nepoti ſuo Dauid rex Scotorum virilia tradidit arma.* quæ omnia contumelioſe, & contemptim corrupit in ſua Scribligine Anglica, indignus inter Hiſtoricos nominari Raphael Holinshed, ea demens, quæ Scotiæ honorem augere, ignominiam dare poſſent, ſubdole addens. Nec ſanctius iuſiurandum regi *Dauidi* præſtitum *Henricus* rex obſeruauit, nam cum opera & auxilio Scoti ad regni Anglicani poſſesſionem adſcendiſſet, e veſtigio *Malcolmum* cognomẽto *Virginem* Scotiæ regem, & diuis poſtea adſcriptum, S. *Dauidis* regis ex *Henrico* nepotem, non modo *Cumbria Northumbriaq;* priuauit, ſed & comita-

mitatum *Huntintoniam* auito iure, longaque ſerie,& legitimo titu lo poſſeſſam ademit. Rogerus idem par. 11. quam improbe igitur ab Anglis innoxij traducimur, hiſtorici mentiuntur, reges fidem fallũt. Ex iſto fonte calumniæ Anglorum defluxerunt, nam quia Reges Scotię regibus Angliæ fidem interdum præſtabant, propter feuda, quæ in regno Anglicano poſsidebant, ideo Scotiam Angliæ ſubeſſe argumẽtati ſunt, quã bene, Iuriſcõſulti perpendant. Sic etiam rex Angliæ multis ſęculis regi Galliarum, propter Normaniam, Aquitaniã, Andegauos, aliaſq. Galliæ prouincias, fidem iurauit, ideo Anglicanum regnũ Gallicani feudum eſſet, atq; ita de regno Siciliæ,& Neapolitano ex Baronio docemur. Reges autem Scoti in Anglia hęreditario iure poſſederunt ab anno MLXXIII. Cumbriam, Northumbriam, Vveſtmariam, Cantabrigiam, Huntintoniam, & Cumbriam quidẽ Gulielmus I. conceſsit, cõfirmauit Stephanus, vna cum Northũbria, quas Henricus II. aſtu eripuit, ſed repetijt *S. Vvillielmus*, ſed idem tamen Henricus Huntintoniam,& Cantabrigiam Dauidi S. Gulielmi fratri in perpetuum conceſsit,& hęredibus, atque ob iſtas terras regis Anglicani feuda iurandum ſæpe fuit.

Symmicta quædam apud exteros de Scotis adnotata.

Cap. XXII.

MIrandum eſt ſane hiſtoricos noſtrates actorum domeſticorum relatione contentos, altiori exterorum, & forſan glorioſiori indagine omnes abſtinuiſſe, cum nulla maior gentis alcuius gloria uideatur, quam quę peregrino teſte confirmetur Et uero quam id nobile eſt a noſtris præteritum, nauigiorum uſum primos Scotos excogitaſſe? C. Plin. lib. IV. cap. XVI. ſcribit *Britannos vitilibus nauigijs corio circumſutis nauigare.* quod ad Scotos trahunt docti, qui ſoli veteris Britanniæ gloriam hodie ea in inſula repreſentant, nam picti deleti, Britonibus ſuperinducti Saxones, Angli, Normani, ut Romanos taceam, quorum valido imperio populi αὐτόχθονες illi excisi. pręclare Theophantus Scotus Monachus ad D. Iacobi ſub muris Herbipolis ad Iuuenalẽ Satyr. x. v. xiv. *Balæna Britannica, quia Britanni Caledonij primi mortalium nauigia piſcatoria, & lembos excogitarunt, vt*

Plinius ſcribit. quod uſq; ad ſuam ætatem idem ille Plinius duraſſe loquitur lib. VII. cap. LVI. *etiam nunc in Britannico Oceano corio circumſuto vtiles ſiũt.* corrige *vitiles*, quaſi dicat ex vimine, aut uini ſurculis compactas. alluſit S. Sidonins Apollinaris. carm. VII. ver. CCCLXXIV.

——cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus, & adſuto glaucum mare findere lembo.

Supernumerarius teſtis eſt C. Iulius Solinus cap. XXV. *nauigant* Britãni *vimineis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubalorum.* nec diſsimile in alijs gentibus, idem notat cap. LX. *bubulis vtribus contabulatas crates ſuperponunt, vectatiq; hoc ratis genere venenatis ſagittis prætereuntes petunt.* à noſtratibus ergo prima hęc nauigiorũ ad nudam neceſsitatem facies excogitata, ad alias gentes tranſiuit, ut quidam iure putarint, non alias olim naues in uſu fuiſſe, quam ſutiles. Adrian. Turneb. lib. XXIIX. cap. XLV. Aduerſar. Virg. lib. VI. Aeneid.

————gemuit ſub pondere cymba
Sutilis.

Feſtus Auienus lib. I. orę Maritimę. pag. CCXCI.

Nauigia iunctis ſemper aptant pellibus,
Corioq́; vaſtum ſæpe percurrunt ſalum.

M. Lucan. lib. IV. v. CXL.

Primum cana ſalix madefacto vimine, paruam
Texitur in puppim, cæſoq́; inducta iuuenco
Vectoris patiens, tumidum ſupereminet amnem.
Sic Venetus ſtagnante padum, fuſoque Britannus
Nauigat Oceano.

dicti *Lenunculi* hæ naues Cæſar lib. II. ciuil. cap. IIX dixi Commentario in Claudianum ad Conſulatum Manlii Theodori in fine. adi ad Achillem Tatium lib. III. Helidorum lib. I. Senecam Epiſt. XC. & alios. ſed *Carabus* idem ualet S. Iſidorus Hiſpalenſis lib. XIX. origin. cap. I. *Myoparo, quaſi minimus Paro, idem quod Carabus, eſt enim parua ſcapha, ex vimine facta, quæ contecta crudo corio, genus nauigij præbet, quæ habent Germanorum pyratæ in Oceani littoribus.* rurſus in gloſ. *Carabus parua ſcafa ex vimine, & corio.* Idem denique ualet *Myoparo*, ut ex Iſidoro patet multis pręclarus Sauaro ad ſuum ſido-

nium

nium lib. VIII. epiſt. VI. D. Hieronymus in Hilarione. Valer. lib. II. cap IIX. lib. VI. cap. IX. Seneca lib. I. Controu. II. *iacuiſti in myopa rone.* Paul. Oroſ. lib. VI. cap. II. *Mithridates cum quaſſata iam naue mergeretur, in myoparonem Seleuci pyratæ, ipſo pyrata iuuante, tranſiliuit.* Ennod. Ticinenſ. Declamat. XIV. *gauderem euaſiſſe me padorē carceris, vincla pyratarum, niſi regreſſo mihi myoparonum loco pater exiſteret.* obuia omnia.

II. Ad ludos Romanos tranſeamus, in quib. lætum ad modum ſpectaculum exhibebāt *Scotici canes*, & viſu & robore ſpecioſi, quales etiamnum hodie regnum illud alit. Q. Symmachus præfectus vrbi ad Flauianum lib. II. epiſt. LXXVII. *Editioni muneris noſtri, & vſitata & inſolita cenſeruntur, ita omnia ad conciliandum quæſtori noſtro plebis fauorem, & ſolemnium rerum largus, & repertor nouarum excogitas, vt nunc ſeptem Scoticorum canum probauit oblatio, quos præluſionis die, ita Roma mirata eſt, vt ferreis caueis putarit aduectos.* Horum canū indoles, ferocitas, pugnandi ardor ab Hiſtoricis noſtratibus extollitur, in quibus Hect. Boethius eminet, ex his peregrini ſcriptores ſumpſere, præſertim Simon Maiolos Antiſtes Vulturiacenſis laborioſo opere de diebus canicularibus, poetæ rerum noſtrarum, vt ſolent, parum ſolliciti, Britānos vocant, vt fuſius opere de Quadrupedibus biſulcis dixi pag. M.XX. Gratius qui ſub Auguſto floruit, in Cynegetico.

O quanta eſt merces, & quanta impendia ſupra?
Si non adſpeciem, mentiturosq́ decores,
Protinus hæc vna eſt catulis iactura Britannis.

Aurelius Nemeſianus Siculus in Cynegetico.

Sed non ſpartanos tantum, tantumue Moloſſos
Paſcendum catulos, diuiſa Britannia mittit
Veloces, noſtriq́ orbis venatibus aptos.

Plinius ad manum non eſt, vti nec Oppianus Cilix cuius notas vide pagina XLV. ſcilicet lib. I. v. CCCCXL. Claudian. lib. III. de laudib. Stilichon.

——variæ formis, & gente ſequuntur
Ingenioque canes, illæ grauioribus aptæ
Morſibus, hæ pedibus celeres, hæ nare ſagaces,
Hirſutæq́ fremunt Creſſæ, tenueſq́ lacenæ,

Ma-

Magnaque taurorum fractura colla Britannę.

III. Anates e ligno ſeu arbore viua Scotia generat, magna naturæ di gnatione id ibi præſtans, quod nullibi terrarum vnquam repertum. ſiue arborum ea eſt conditio, vt fructus animatos ferant, ſiue Oceani occulta quædam ea vis eſt, haud facile dixerim, illud ſane compertũ vſu exploratumque laceræ nauis fragmenta littore abiecta, influen te æſtu, plena his auibus reperta multis Scotiæ in locis, vnde viri gra ues exiſtimauerunt eo in loco cæſas illas nauigio trabes, vbi hi ana-tes procrearentur, atque ita aridum lignum immiſſo mari idem præ-ſtitiſſe, quod arborib. contingit. Hiſtoricos noſtros non attingo, ſunt enim obuij, ipſe ego Aberdoniæ memini naufragam nauem in littus eiectam ſub Decembrem æſtate ſequente plena carina huiuſmodi auiculis non ſine multorum admiratione repertam, & erant nauis ta bulæ e promontorio Lunæ in mari Deucalidonio exciſæ, quam vl-timam partem regni, Deus prodigioſa harum volucrũ genitura bea-uit. Sunt etiam in porticu Magni Hetruriæ Ducis, Piſis ad hortum, vt vocant, Simplicium rami quidam harum arborum, e quibus varia magnitudine pendulæ conchæ, ſed oblongiores, clauſæ nonnullæ hiantes, aliæ formam auis affabre factam oſtentant. Hoc tam nobile prodigæ Naturę Deo indulgente, pignus Scotiæ aufert, & Flandriæ tribuit Iacobus à Vitriaco Antiſtes Acconenſis, & Cardinalis in Hi-ſtoria occidentis cap. XCI. vbi inter alia miranda prodit *in Flãdria arbores quaſdam aues gignere.* Sed memoria lapſum, nec id Flandrię aut Belgio, ſed Scotię proprium eſſe oſtendam, nam & Cardinali op pono Pontificem Maximum, Pium II. qui Aenęæ Siluij nomine no-tus, legationem Apoſtolicam in Scotia geſſit, is diſerte Deſcript. Eu ropę cap. XLIIX. hoc prodit, & oculati teſtes multi, quos rei noui-tas eo pertraxit, confirmant, & pręcipue quidam damnatę memorię, qui indigni ideo ſunt, vt referantur. Benedictus Bordonus in Inſula-rio, Thomas Porcacchius Inſularij cap. III. Hatrmannus Schedel in Regiſtro Vniuerſi, Simon Maiolus in diebus Canicularibus, conſtan ter Scotię non Flandrię adſcribunt. Poſtremo nullus Flandrorũ ſcri-ptorum, quorum multos, & eruditos ego legi, hoc affirmauit in pa-tria ſua fieri, quod ſi verum fuiſſet, neutiquam omiſiſſent, & ſed ali-bi in rebus noſtris princeps ille purpuratus cęcutiuit, vt ſuo loco eſt animaduerſum.

Equeſtres

IV. Equſtres ordines, vt aliæ gentes, Scotia et, pridem habuit, atque illos quidem pro temporum ratione varios, ſymbolis, religione, nomine, ſacramento, nam præter Templarios, Teutonicos, Rhodios, qui vbique terrarum, non apud nos modo erant, primus ordo Equitum fuit S. Andreę, qui inſtituti cum reliquię eius à S. Regulo in Albionē illatę, circa annum CCCLXII. aut paulo-poſt, meminit Aubertus Miręus lib. 11. orig. milit. cap. 11. Hi illius ſanctiſſimi Apoſtoli Crucem geſtabant. Deinde Equites Cardui claro nomine, poſt ictum cū Carolo Magno, & ſucceſſoribus Gallię regibus, per Achaium regē, fœdus, ante annos DCCC. Horum geſtamen fuit *Carduus adiectis Lilijs*, & hodie nummi aurei in Scotia carduo ſignātur, cum ſymbolo *nemo me impune laceſſit.* Denique *Rutæ* Equites S. Andreę imaginem folijs Rutę inuolutam, in ſtemma gentilitium ferebāt, cuius nota Lithcoenſi regis palatio à Iacobo. V. rege, cum alijs inſignibus inſculpta. Franciſcus Mennenius in Equeſt. ordin. ſymbolis fuſe. & nos ſupra obiter.

Fuit ergo S. Andreas Scotorum Apoſtolus, propter glorioſas eius reliquias, & Crucem in aere ventilatam, certæ victoriæ prænuntiam in loco non longe Hadintonia, in Laudonia, quam rem etſi Florentius Vvigornienſis, Vveſtmonaſterienſis, & Malmesburienſis taceant, & eiuſdem ſancti Apoſtoli reliquias magno cum apparatu receptas, ac claruiſſe Conſtantinopoli doceant, quaſi mendacij Scotos, & impiæ falſitatis arguentes, tamen S. Bedæ extat opus *de vita, & actib. S. Andreæ, & miraculis apud Scotos perpetratis*, vt in catalogo ſcript. Britan. apud Vuionem lib. V. lig. vit. cap. CI. quod indignabundus Ioannes Pitſeus ætate 11x. pag. CXXXVI. elementis diſſonis, & quaſi expungendum ſcripſerat.

V. Affinitates Reges Scotię cum Europæ Imperatoribus, Regib. aut principibus contraxerunt, Datis, aut elocatis uxoribns, aiibi dicam, nam cum permultas fuiſſe oportet, a bis mille annis, quibus regnum iſtud ſtetit, ego LXXXXVII. tantum notaui, quare ne glorię regum & dominorum meorum detraxiſſe cenſear, ampliori cura opus erit, & diligentius perquirendum, quod tandem proferatur.

VI. Viros militari induſtria claros, qui, pręter reges, patrię ſuę ornamento fuerunt extra Scotiam, ſedulus excerpſi, ſed ſcio longe plures inueniendos, & cum CCCCXCIII. tantū adhuc apud peregrinos

auto-

autores adnotare potuerim, ſuperſedere operæpretium duxi, dū maius otium, & libraria ſupellex inſtructior dignius inuitent.

VII. Succesſionē II. Archiepiſcoporū, & XIII. Epiſcoporum, vt potui, collegi, rebus Eccleſiæ catholicæ, regnique noſtri ubiq. admixtis, obiter quoque Galliarum hiſtoria tacta, & hoc opus A Donaldo I. rege, & S. Victore I. Pontifice, ideſt anno CC vt Iodocus Coccius, Nicolaus Sanderus, & alij conſentiunt, interruptum uſque ad annum M.XC. a quo tempore, ideſt a S. Vrbano II. PP. & SS. Malcolmo III. & Margareta regibus, certa eſt omnium ſedium ſucceſsio, & eſt in procinctu opus, ſed res meæ editionem non ferunt.

IIX. Monaſteriorum etiā oīum fundationes, & pœne omnium ſucceſſionem, & iura operoſe digeſtas habeo, & emittere ſtatuo, & opus iā collectum præloque paratum, quod, uti etiam præcedens, ex Scotichronico, Magno Macolone exſcriptore potiſsimum deſcriptum; adiuuere non mediocriter Henricus Sinclarus Glaſcoæ antiſtes, & frater ipſius Archidiaconus, quorū analecta Gilbertus Brunus Dulcicordij Abbas, nepoti ſuo teſtamento legauit, cum Pariſijs exul moreretur, quæ & ipſe Abbas per XXX. annos continuos auxerat. Richardus eius ex fratre nepos Alexandro Pendricho Collegij Scototorum Lutetiæ præpoſito moriens etiam reliquit, ille apud Dauidē Camerarium presbyterum virum clarisſimum omnia depoſuit, qui ea fidei meæ permiſit: Et ſpero futurum, ut nec ipſum, nec patriam, nec ullum, ullibi gentium, Scotum, facti pœniteat.

Nunc quod proxime vrget, & ſollicitum habet, illud eſt, nullum popularem, cum tota paſsim Europa tot ſint noſtrates literatiſsimi, quippiam adtuliſſe opis, ſub tam arduo opere, & graui pondere vacillanti, præter unicum Gulielmum Setonum conſanguineum meum, qui & ipſe alterius generis ſtudio detentus, ægre ad iſta ſe trahi patitur. quod illi negarunt, ego nunquam intermiſſa cura, & aſsidua lectione amplius, quam trium millium uoluminum, in unum corpus redigi S R.E. honore, & patriæ nec ornamento ſanctos DCLXVII. Scriptores alios MC. pauculis poſterioris æui hæreticis adnotatis, non alio ſtudio, quam ut pietatem promouerem, nec ut eos laudarem, quos non ignominia tantum, & obliuionis obelo, ſed æternis gehennæ flammis dignos cenſui, ſed ne piorum hominum curam lateret autorum indignitas, qui catholici titulo fallere potuiſsēt, & SS. Patrum

trum exemplo Hieronymi, Auguſtini, Cyrilli, Epiphanij, Hilarij, & aliorum, non putaui perfectum hiſtoriæ Eccleſiaſticę corpus, niſi boni viri laudarentur, impij traducerentur: Et hoc opus ante biennium iam vltimam manum accepit.

Eſt etiam prælo paratum opuſculum ſub epigraphe *Chronicon Pictorũ.* quod Scotiæ meæ famam ut ſpero, augebit.

Denique ſi tanti putabis eſſe, hiſtoriam B. Edmundi Campiani Hibernicam Notis illuſtraui, quia pleraque ibi contẽta Scotiæ meæ decus, & nomen haud vulgariter, ſpectant.

Omnia S. R. E. cenſuræ & iudicio ſubiecta volui, & vt reuerentem filiũ decet, ipſius honorem & dignitatem vita ipſa chariorem duco, & ſi quid ſcriptum contrarium, aut minus illi placens, ſanguine deletum velim. ita aſperrimum exilium, & duram ſortem Deus lenire velit.

Mantiſſa ad Cap. III. pag. XIV.

QVia magna apud me eſt S. Bedæ autoritas, & Hiberni in infamibus ſuis contra me Scotiamque libellis, nõ aliud telum fortius, magis Achilleum, aut crebrius intorquent, quam Bedam Scotos nõ alios agnoſcere, quam Hibernos, quam inſulſe id ab illis pręſumptũ, hic doceo. Is ergo lib. 1. Hiſt. Eccleſiaſt. Gent. Ang. cap. 1. *Britannia poſt Britones, & Pictos, tertiam Scotorum nationem in Pictorum parte recepit.* Id autẽ Duce *Reuda* factum, vt ibi habetur anno cccxxxiix. ante natum Chriſtum. Eodem loco. *Ab* Hibernia *egreſſi* Scoti *tertiã in Britannia Britonibus & Pictis gentem addiderunt.* Tum verã Scotorum patriam exprimens ibidem addit. *Ad Alcluthſinus ſeptẽtrionalem partem Scoti aduenientes locum patriæ fecerunt.* cap. XII. apertiſſime. *Scoti & Picti transſmarinæ gentes, non quod extra Britanniã eſſent poſitę, ſed quia a parte Britonum erãt remotę, duobus ſinibus maris interiacentibus, quorum vnus ab Orientali mari, alter ab Occidentali Britannię terras longe latoq; irrumpunt, quamuis ad ſe inuicẽ pertingere poſſint.* Orientalis Pictorum portio *Maatæ*, ſeu Μαιάται in Zonara, & Dione, hodie *Laudonia*, vel teſte Hunfrido L'huydo: Occidentalis limes Scotis in ſeſſus fuit ad fluuiũ Cluith Bedæ, qui nunc eſt *Clyd*, Tacito *Glotta*, Ptolamæo & Græcis κλῶτα, vbi *Brigantes* Pauſaniæ, & alijs notiſſima gens, à rege Scotorum XXI. *Galdo*, ſeu, vt Tacitus in Agricola, *Galgaco*, hodie dicta *Galdia*, *Galuveia*, *Gallo-*

uidia. ſed pergo cum S. Beda. cap. xxxiv. *Edan rex Scotorum qui Britanniam inhabitant.* Et lib. ii. cap. v. *Scotorum gentes, quæ ſeptẽtrionales Britanniæ fines tenent* lib. iii. cap. iii. *Hydeſtinatus, e cuius monaſterio fuit ipſe Aidanus, & id in cunctis pæne ſeptentrionaliũ Scotorum, & omnium Pictorum monaſterijs non paruo tempore arcem tenebat.* cap. vi. *Britannia in quatuor linguas, ſcilicet Britonum, Scotorum, Pictorum, Anglorum, diuiſa eſt.* cap. xix. *Venit Furſæus de Hibernia, erat autem de nobiliſſimo genere Scotorum.* cap. xxvii. *Exulabat in nationibus Pictorum, ſiue Scotorum.* Et lib. iv. cap. xxvi. *Scoti qui erant in* Britannia. lib. v. cap. xxiii. *qui inſulam Hij incolebant monachi Scoticæ nationis ad ritum paſchæ perducti ſunt, cum ad eos de Hibernia veniſſet Deo amabilis Egbertus.* Deniq. cap. xxiv. *Scoti qui Britanniam inhabitant, ſuis finibus contenti.* Et hoc ſub annum DCCXXXI. Ergo ex mente S. Bedæ Scoti non ſunt Hiberni, licet ex Hibernia uenerint, ſed Britanniæ incolæ, Glotta amne ab Anglo Saxonibus diſcreti, nec Scotia vllo pacto eſt Hibernia, ſed gens tertia, Britonibus αὐτοχθόνοις, & aduenis Pictis, addita Britanniæ, ad quos deinde regnum Picticum iure Matrimoniorum ſub Kennetho III. deuolutum, & ijdem hodie termini manent, contrarium ex Beda cenſere, ſummæ ignorantiæ, credere, ſtupiditatis, alijs obtrudere, petulantiſſimæ inſolentiæ, eo nomine honorem Scotiæ ſuffurari, ſacrilegij, de viris doctis altercari, iniurioſę falſitatis, de ſanctis, impietatis vltimæ.

Nec vero ſolus Beda id aſſeruit, ſed alij etiam Angli uitæ profeſſione, & ætate inclyti, in his Gulielm. Malmesburienſis ſub annum M.cxlii. Is lib. i. de geſtis regum. *Scoti nõ ignobiles prædas domum agere.* in vicinos tractus prædas armenta abigebant Scoti, Hiberni agere nõ poterant eas, ſed auehere, aut nauibus impoſitas exportare oportuiſſet. Et rurſus eodem libro. *illi quoque ab Aquilone Scotos frænarent.* Hibernia Anglię ad Aquilonem non eſt, ſed ad occaſum, Ethicus, chartæ Geographicæ, Henricus Huntindonienſis lib. i. Et libro laudato rurſus pag. xi. Malmesburienſis. *Britannia in remotiſſima ſui plaga habet locum natiuitatis* Bed*æ, & educationis, Scotiæ propinquum.* Is locus fuit pagus Giruicus XL. miliari à limite Scotico. Et eodem lib. ad finem. *reges Nordaumbrorum dominati in omni regione, quæ vltra Humbram eſt flumen, vſque ad Scotiam.* lib. II. cap. v. in princ *Nordauimbros, qui cum Danis in vnam iam gentem coaluerant, & Scotos,*

qui

qui Aquilonarem inſulæ partem inhabitant. & pag. XXVII. *Fugit Analaſus in Hiberniam, & frater eius Godifridus in Scotiam ſubſecuti ſunt e veſtigio regales miſſi ad Conſtantinum regem Scotorum.*

Id etiam poeta quidam Anglus ſic deſcribſit.

Iam iacet in campo pelago pirata relicto,
Illicitas toruaſque minas Analauus anhelans,
Bacchanti furiæ, Scotorum rege volente,
Commodat aſſenſum borealis terra ſerenum.

Atque hic eſt ille *Conſtantinus*, qui tertius eo nomine, in monaſtica vita vixit, & ſanctorũ albo adſcriptus, vno ſæculo toto ante nomen Scotorum in Albione Hibernis calumniantibus notũ. quiſquamne eos mẽtis compotes, ſic ſcribẽtes, putet? Et Malmesburienſis de fundato Cãdidæ Caſæ Epiſcopatu ſub annum ccccxxv. lib. III. de geſt. pont. Angl. *Candida Caſa vocatur locus in extremis Angliæ iuxta Scotiam finib.* Et eodem libro. *extrema ora Angliæ populationi Scotorum & Pictorum oportuna.* quid clarius deſiderari poteſt?

Tertius Anglus contra Irlandos eſt Commentariol. L'huydi.

Quartus Anglus pro nobis etiam, contra falſitatis Architectos, ſtabit Hẽricus Hũtindoniẽſis Archidiaconus, q̃ exceſſit anno MCXLIIX. Sic ergo ille lib. I. in limine. *A principio Cornugalliæ ad finem Scotiæ.* Et paulo poſt. *In Britannia quinque linguæ. Britonum, Anglorũ, Scotorum, Pictorum, Latinorum*, libro II. pagina CLXXX. *Scotorum gentes, quæ ſeptentrionales* Britanniæ *fines tenent.* Et pagina ſequenti. *rex Scotorum qui* Britanniam *inhabitant.* Et lib. III. pagina CLXXXVII. *Laurentius ſucceſſor Auguſtini non tantum Britonum, & Anglorum curam gerens, ſed etiam Scotorum.* de Hibernica Eccleſia id dici minime poteſt, quæ nunquam ſub Cantuariẽſi fuit. Et paulo poſt. *Inſula Hui arcem tenebat ſeptentrionalium Scotorũ.* Et deinde *omnes gentes Britanniæ, & Anglos Pictos Scotos.* Illud nõne euidens? *prouincia Cumberland regi Scotorum commendatur.* Dicite, Irlandi, quid vnquam vobis in Cumbriam iuris fuit? noſtris maioribus diu illa prouincia paruit, vt & vicinæ Veſtmerlandia, Northumbriaque. Denique author ille idem lib. V. *rex Hiberniæ vires, adiecta Scotorum & Dacorum gente, auxit.*

Quintum Anglum in campum producam, qui licet ſerius vixerit, ad annum MCC. tamen eius fides de rebus in Britannia, ante milleſimum annum geſtis, omnibus doctis ſatisfaciet, ad ridiculam Irlan-

dorum ſententiam explodendam. Is eſt Rogerus de Houeden Eboracenſis, cuius hæc ſunt in continuatione Bedæ parte I. annal. pagina CCXXXVI. *Picti & Scoti ex Boreali Britanniæ parte irruptiones crebras faciebant.* Irlādi ab occaſu debuiſſent, ſi tales vnquam in rerum natura, Britanniā impetere. pag. CCXLII. *Populis Britanniam incolentibus Anglorum, Scotorum, Cumbrorum, Danorum, Britonum, imperabat.* Eadem pagina paulo inferius *reges totius Albionis prælio vicit, Conſtantinum Scotorum regem.* Et paulo poſt ibidem loci. *Hiberniensium rex paganus Anlafus à Socero ſuo rege Scotorum Conſtantino incitatus.* pagina ſequenti. *in Scotiam reuerſo donauit ei rex Malcolmus Dūbar cum adiacentibus terris in Lodoneio.* Hic quæro ab Irlandis, an rex Malcolmus aliquis in Hibernia ea ætate, an locus vllus Dumbar, an familia Cuminorum, de cuius origine hic Houedenus, & an in Irlādia Lodoneia, Lodoneium, aut Laudonia ſit regio? Hęc tamen vno ſæculo ante mille annos in Scotia, Angli, Scoti, regionū, & familiarum nomina adhuc reſtantia teſtātur. quid multis moror? idem pag. CXLIV. *circumnauigata Britannia adpulit, & ei occurrerunt Rinath rex Scotorum, & Malcolmus rex Cumbrorum.* ſed inuerſa ſunt regum nomina, cenſeo legendum, *Malcolmus rex Scotorum, & Rinath rex Cumbrorum.* nam iſte eſt Malcolmus I. Donaldi VI. filius, S. Conſtantini ſucceſſor, cui Indulfus ſucceſſit.

Sextus Pancratiaſta Anglus Scotis militat Ethelvverdus patricius Fabius Quæſtor Conſul, vt ipſe ſe vocat circa annum MXC. ille itaque lib. IV. Chronicor. cap. V. *Scoti pariterque Picti vna ſociantur Britannidis aruis.* Hæc duobus ante annū milleſimum pęne ſæculis agebantur eo teſte.

Septimum ab Anglia telum incertus erit cum Iugulfi hiſtoria publicatus ab eximio Henrico Sauilio equite Græce, latineque doctiſsimo. *miſit quoſdam in Scotiam, alios in Hiberniam, Vvalliam, Cornubiam, alios in Galliam, & Daciam.*

Octaua commiſsio miſsionem non habet Faſti Anglicani, qui prodierūt ante viginti octo annos, in his ſic ſcribitur ad annū CCCCXXI. *murus ex lapide ſtruitur, quo Britanni à Scotis & Pictis muniuntur.* à Scotis terræ propinquioris incolis murus e lapide ſubſtructus ſubſidiū adferre poterat, ſed Hiberni, quos nauigio adpellere oportebat, qui muro prohibebantur? ſi cum Pictis in Britannia degebant, & ob id, opus fuit muro ad eorum iniurias arcendas, ergo ſubbaſilicani tota Hiſtoriæ ſerie turpiter errant.

Sed

Sed & Anglorum hiſtoricorum vetuſtiſsimus, qui extet, S. Gildas cognomento ſapiens, in Excidio Britanniæ, Hibernos mendacij plane conuincit, cuius hæc ſunt. *Itaque* Romanis *ad ſua remeantibus, emergunt certatim de Carruchis, quibus ſunt trans Scythiam vallem vecti, quaſi in alto Titane, incaleſcenteque caumate, de arctiſſimis foraminũ cuniculis fuſci vermiculorum cunei, tetri Scotorum Pictorumque greges, omnem Aquilonarem extremamque terrę partem pro indigenis muro tenus capeſſunt*. Ecce autor fidei magnæ duo affirmat contra Irlandos, & Scotos Scythicam eſſe gentem, & e Scythica valle in Britanniam deuectos, & Britanniæ ſeptentrionales oras vſque ad murum, ſeu vallum Adriani, ſedes ſibi manſuras occupaſſe, & tanquam legitimos incolas inſediſſe, atque hęc ex ſcriptore Anglo nobis infenſiſsimo, qui ante annos centum ſupra mille vixit, & deſcriptio illa valli oppugnati diu, multiſque ſæculis ante eum contigerat. Quidni ergo Scoti relicta Aegypto, Iberia, Irlandia, veros originis honores amplectemur?

Eadem Matthæus Vveſtmonaſterienſis monachus ſupra capit. XVII. & ante eum Florentius Vvigorniæ etiam Benedictinus, qui obijt anno MCXIX. omnes denique Anglicarum rerum ſcriptores ad vnũ, nemine excepto Scotos Britannis ſynchronos habent, & Bruto illi Troiano tres filios fuiſſe, vni Angliam, alteri ſcilicet *Albanacto*, Scotiam, tertio Vvalliam in portionem ceſsiſſe, quod etiam, de Albanacto, Genebrardo homini Gallo placuit, & alijs. quantum ergo inſolentiæ temerariæ piaculum Irlandos obſtringit, qui publica regni noſtri monimẽta conuellẽtes, omnium ætatum gentiumque publicę priuatæq; fidei actis detrahunt. Cum tamen ipſi, ſi quid rerum geſtarum ex annalib. eruere velint, in Daniam, aut Schytlandiam nauigare debeant, vt ipſi fabulantur, ubi oẽs regni ſui maiorumq. deliteſcunt memoriæ, ab irato hoſte olim exportatæ, Et pronũ ſane cuilibet, ẽt ignauiſsimo, gẽtis alicuius glorioſę geſta inficiari, ꝙ tamẽ ſoli mortaliũ Irlandi, nuper, neſcio quo inuidentiæ oeſtro perciti, fecere.

Accedit uiri ſumma elegantia, licet iniquo in Scotos animo, iudicium Roberti Perſonij Societatis Ieſu, qui Scotos ſub annum DC. in Britannia ponit, & longe ab Irlandis diuerſos. par. 1. Conuerſ. Angl. capit. III. num. III. V. VI. VII. IX. X. & Epiſcopos, ad quos Honorius Papa de obſeruatione Paſchatis, Scotos eſſe, non Irlandos, probat.

num.

num.XI.XIII.XIV.S.*Colmannus*,qui cum *S.Vvilfrido* diſputat, Scotus ex mente eius fuit num.XV.Idem S.*Vvilfridus* in Scotia educatus,non Hibernia.num.XVI.& alibi eo opere.

Pro Scotis etiam eſt Ioannes Pitſeus Sanderi nepos, acerrimus tamen Scotorum hoſtis.lib.de antiq.Eccleſ.Britannicæ pag.XIX. *Errauerunt Britones a Scotis & Hibernis abducti ab illa fidei catholicæ ſinceritate.* & pagina ſequenti diſputatum cum Scotis à Vvilfrido, non cũ Hirlandis aſſerit,niſi forte pitſæus Irlandiam à Scotia diſtingui non putauit.

Si tanti eſſet,poſſent addi Stous,& Edmundus Hovves Epitome chronicorum Angliæ,qui *Scotiam*,patria lingua,ab *Albanacto* Bruti Troiani filio, *Albaniam* dictam docent,& quintum regẽ *Ebrankum* Anglorum *Alclud* in Scotia,& *Edenburgum* condidiſſe volunt, & toto deinceps opere Scotos in Britannia ponunt,diuerſiſſimam ab Hirlãdis gentem.

Ad Cap.VI.in limine.

SCotiam à pietatis ſtudio,receptæque primitiua Eccleſia fidei feruore laudat Clemens IIX.PP.literis ſuis Apoſtolicis publicatis à Laertio Cherubino de Nurſia Tom.III.Bullarij pag.CIII. *Regnũ Scotiæ,quod nobiliſſimum exiſtit,& inter prima quæ fidem Chriſtianam receperunt,numeratur,& licet hæreſi iampridem labefactetur, non deſunt Chriſti fideles,qui ſummis conflictati calamitatibus, fidem tamen ipſam retineant,& plerique ex eodem regno proſcripti,vel obligati,ſub obedientia,& deuotione S.Rom.Eccl.perſiſtentes,ad vrbem limina ſanctorum viſitandi,dictamque ſedem amplectendi,& recognoſcendi gratia,confluere ſoleant.*

Honorificum ſane ſupremi in terris,& vnici Eccleſiæ Dei ſummi moderatoris de Scotorum pietate eulogium. & ante eum Clemens III. apud Rogerum Houedenum pag. CCCLXXII. *Eccleſiam Scoticam ſedis Apoſtolicæ filiam ſpecialius exiſtere dixit*. ſed & bulla Cœleſtini III.ad S.Gulielmũ data III.Eid.Martij Lateranis. eadẽ illa fuſius repetit,Regis præterea eximiã pietatẽ extollit in eodẽ Houedeno pag.CCCCVI.Et Innocentius III.literis Apoſtolicis V. Eid. Ianuarius ſcriptis anno ſalutis MCXCIIX.*Epiſcopos Angliæ,& Scotiæ,*

tiæ,tanquam ſpecialia membra Eccleſia honorare intendit. Houeden pagina CCCCXLII. Et quicquid ſit de loco S.Hieronymi, quo videtur ſuaderi Scotos eo ſæculo fidem non accepiſſe, quem & Irlandi dici contendunt de ſe, & abunde alibi eſt confutatum, & ex pontificum Bullis, Sanctorumque ſcriptis, peregrinorum actis, Hiſtoricorũ conſenſu probata Eccleſiæ Scoticæ Antiquitas, quam puerile illud eſt Anglorum argumentum, S. Bedam huius antiquitatis noſtræ nõ meminiſſe? ille enim Anglicas res, non Scoticas ſcribendas ſumpſit, nec noſtras attigit, niſi quia ſuis coniũctæ erant, ſic quia de Pelagiana apud ſuos graſſante hæreſi prodebat, de S.*Palladio*, aliquid, ſed valde ieiune, pertractauit, & quia nos fidem ſeptentrionalib. Anglis dedimus, ideo Sanctos Dei viros *Aidanum*, *Finnanum*, *Colomannũ*, *Duinam*, *Cellachum*, & alios memorat, & quia Angli, Hiberniq. ad ſcholas Scotorum in Inſulis *Huyo*, *Hydeſtinato*, *Inhisbouinde*, aut terra firma in Melros, idcirco S. Egberti facit commemorationem, nõ ergo mirum, ſi reliqua Scotorum acta non exequatur, quia Anglica tantum ſcribebat, vt apparet ex regibus Penda, & S. Oſualdo, quorũ familiares ſancti *Atta*, *Betta*, *Ronnanus*: nec magis fidei Scoticarum antiquitatum detrahendum, quod Anglus tacuerit, quam Anglicarum, quia Scotorum in rebus ſilentium earum eſt.

Ad cap. VII. pag. XXVI. poſt locum S. Notkeri.

S. Lucium non regem forte, ſed regio apud Scotos ſanguine ortum, *Auguſtanorum Apoſtolum* Gaſpar Bruſchius vocat. Et rurſus Ioannes Gualtherius in Chronic. chronicor. pagina DCCLXXIII. S.*Lucium aliqui regio ſtemmate apud Britannos ortum volunt. & ab infidelibus cum S. Emerita ſorore occiſum, & ille Churæ in Martis caſtro, hæc apud Trimontium iacet.* Incertus hic de S. Lucio ſermo, perſuadet non tam Anglorũ cum fuiſſe regem, quam regio in Scotia genere prognatum. Si nihilominus viderem ex certis Eccleſiaſticæ gẽtis Anglorum traditionibus S. Lucium regem in Anglia fuiſſe, ego ſacram eam rem temere non conuellerem, ſed vereor, ne patriæ meę ornamenta Angli ſibi donãtes, Scotiæ pręiudicarint. iudiciũ eſto Ec-

cleſiæ,

cleſiæ, maxime cum Angli ipſi fateantur, Scotos XXII. ann poſt eos fidem hauſiſſe. Sed contra Anglos validum eſt ex Anglis ipſis argumentum. quod *primus omnium Anglorum S. Oſuualdus rex miracula perpetrarit*. ait Gulielmus Malmesburienſis lib. 1. geſt. Reg. Anglor. pag. X. qui tamen obijt XII. anno ante S. *Aidanum* tantum, hoc eſt anno DCXXXIX. Beda lib. III cap. XIV. ſequitur hinc alterutrum, uel S. *Lucius* miracula non patrauit, uel Anglus non fuit. Et quod pag. XXVII. de S. Ioſepho, & Glaſtonienſi cœnobio tempore Apoſtolorum dixi non condito, ipſi Angli conſentiunt, qui per S. *Inam* regem, conſilio S. *Adhelmi* noſtratis erectum ſcribunt, hoc eſt anno DCCXX. Idem Malmesburienſis lib. II. Geſt. pontif. Anglorum pagina CXLIV. ergo hac in re Scotis priores non erunt.

Ad Cap. IIX. pag. XXXI.

S Beda lib. III. cap. III. Hiſt. *Imbuebantur ſtudijs paruuli Anglorum vna cum maioribus, à præceptoribus Scotis*. Eodem lib. cap. XXVII. *Erant ibi multi nobilium Anglorum, quos omnes Scoti lubentiſſime ſuſcipientes, victum eis quotidianum, ſine pretio, libros quoque ad legendum, & magiſterium gratuitum præbere curabant*. Henricus Huntindonienſis Archidiaconus lib. III. pag CLXXXIX. *creſcebat fides, monachiſque de Scotia venientibus feruenter docebatur*. Gulielm. Malmebur. lib. 1. de geſt. Reg. Anglor. Penda rex *totus ad officia pietatis conuerſus, vt Dei beneficijs in ſe confluentibus digna ſedulitate reſponderet, Chriſtiani cultus infantiam, pro nece Germani ſui fratris palpitantem in regno ſuo, viuacitate regia erigere, & pleno ſpiritu animare contendit, eandemque mox doctrina Scotorũ adultam, ſed in multis Eccleſiis obſeruationibus fluctuantem, primo per Augilbertum, & Vulfridum, poſtremo per Theodorum Archiepiſcopum canonico ſtatu informauit*. paulo ante idem cum Beda dixerat *Ofricũ, & Eanfridũ reges Chriſtianis in Scotia ſacris initiatos*. ſed & *S. Oſvvaldus* rex cũ magna nobilium manu *in Scotia exulans, in fide inſtructus, & à Scotis baptiZatus* ibidem loci dicitur.

Ad cap. IX. pag. XXXIV.

ARnoldus Mirmannus in Theatro Conuerſionis gentium. *Epiſcopi Scoti, ſiue Anglici, vniuerſis paſſim per Germanias Eccleſÿs præfuere.* Eodem rurſum opere pag. CXLVII. fuſius huius Apoſtolatus rationem videtur aperire. *Scoti & Angli, ſiue Britanni, crebro olim, dum aut terram ſanctam, quam dicimus, aut Apoſtolorum limina viſitarent, paſſim Euangelio prædicando ſeruiebant.* Krantzius, Bruſchius, Ioannes Gualterius in Chronico chronicorum, & alij eadem plane.

Ad cap. XII. pag. XLIIX.

S. *Anatolius Scotus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus* in Eccleſia Salinenſi diœceſi Veſuntino in Burgundia habetur, fuit hic XLIV. illius ſedis patriarcha ſub annum CCCCXLIIX. creatus in ſynodo prædatrice Epheſina, verberibus S. Flauiano occiſo, vt Zonaras in Marciano, Theodorus lector lib. I. collec. Nicephor. lib. XV. capit. XVI. docent, ſed poſtea a S. Leone PP. admonitus, fidei ſuæ profeſſionem edidit, & ſua ſede dignus habitus eſt, dānatis Chryſaphij eunuchi, & Dioſcuri Eutychiani partibus, ſedem eam ad S R. E. obſequium, & Vnionem reduxit. fuerat hic *Theodoſii* Iunioris apocryſiarius, ex eorum Scotorum numero, vt probabiliter colligo, qui S. Innocentium I. PP. e Scotia ſecuti in Eccleſiæ diſciplina, aut aulæ officijs pedem Romæ fixerunt, vt ſunt S. Iacobus patriarcha Antiochenus, quem Petrus de Natalibus narrat cum S. Vrſula paſſum, S. Cyriacus PP. qui eiuſdem martyrij particeps Coloniæ colitur. S. *Cælius Sedulius*, qui in oriente Epiſcopus fuit. autor Itinerarij, quod Antonino falſo tribuitur, autor notitiæ vtriuſque Imperij, quā hac ætate ſcriptam multis probaui lib. IX. ſcript. Scot. & probat ipſa Sedulij operum dedicatio. Atque hæc Scotiæ meæ clariſſima ornamenta iudico: de Anatolio hoc noſtro admonuit pridē Bruxellis D. Metellanus Lidintoniæ Baro, nepos illius, cuius ſupra hoc opere mentio facta, Cancellarii filius.

Simon de Craimond aut, vt in Actis Carmelitanis, *Kraimond*, monachus Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ de Monte Carmelo Patriarcha Antiochenus, ſic a monaſterio ſuæ profeſſionis nominatus, cum nomen ei gentilitium fuiſſet *Kethus*; comitis hic Martialis nepos Regi *Roberto* II. gratiſſimus, cum Vvaltero Vardlau Cardinale ad Caro-

lum VI. Galliæ regem deſtinaretur orator fœderis cum ea gente feriendi gratia, tam gnauiter munere ſuo functus eſt, vt Carolus eum Epiſcopatu Pictauenſi donarit, qui LXXVI. in ea cathedra ſedit, & ne quid dignitati deeſſet, à *Gregorio* XI. vt Patriarcha Antiochenus declararetur, precibus quidē illius, ſed longe magis meritis propriis impetrauit, meminit Demochares tom. II. pag. XLIV.

Ad Cap. XII. pag. XLIX.

VAſionenſem ſedem ſub metropoli Auenione moderatur nunc Illuſtriſs. *Gulielmus Cheyſolmus*, XL. annos totos præſul, vir ſanguine nobiliſsimus, ſed virtute, literatura, libris editis, hæreſi expugnata, rara incredibilique in ciues ſuos affectu longe clarior, qui intempeſtiue ibi omiſſus, honori ſuo reſtituatur, & locum hic habeat, maximis præſulibus adnumerandus.

Ad Cap. idem. pag. LIII.

DE beato *Venantio Ardmachano* Antiſtite, & Hiberniæ primate, q. regnum illud mira pietate, & incredibili charitatis affectu reformauit, & illuſtrauit haud mediocriter. Ioan. Leſl. lib. X. pag. DXIV. Surius *Vauchob* vocat. hiſt. pag. DLXXXV. porro Sleidanus ibi à me citatus, nō eſt hæreticus, ſed Ioan. Ihonſtonus Scotus, &, vt puto ſocietatis Ieſu presbyter, qui Sleidani hiſtoriam in epitomen redegit, & hæreſi exterſa publicauit.

Ad Cap. XIII. pag. LIV.

CVldeos iſtos, quorum ingens numerus Sanctorum albo adſcriptus eſt, reperio ſæpe monachos ab Hiſtoricis dici, cum autem eo tempore nulli adhuc in occidente monachi legantur, nec vero eſſe potuerint, monaſtica regula diu poſtea tantum formata, ſequitur vt *Canonici Regulares* omnes ij fuerint, qui ab Apoſtolicis orti temporibus, magna ſanctitatis, & literaturæ fama, maiore in Eccleſia merito, & autoritate, a baſilica ſua Romæ, Lateranenſes, demum a S. Auguſtino reformatore, appellati, inter Eccleſiaſticos Scotiæ ordines, mire ſplenduerunt.

Ad Cap. XIV. pag. LXIII.

ARchiepiſcopatus S. Andreæ multo antiquior Sixto IV. fuit, vt iure Arnoldus Mir mannus in Theatro Conuerſionis gentium dicat, *non inſtituit, ſed reſtituit Sixtus S. Andreæ Epiſcopos ſuffraganeos duodecim*. Et vere ita erat, nam initio aduentus S. *Auguſtini* Anglorum

rum Apoſtoli, recuſarunt Scoti vllo modo Britannicę Eccleſię ſubeſſe, & cum ſucceſſoribus ipſius longum extraxerunt certamen, viriliter noſtris contranitentibus, illis acrius inſtantibus, quinimo Scotorum ratio potior partibus fauebat, nam diu nullus in Anglia Epiſcopus fuit, qui non a Scotis conſecratus eſſet, donec tandem S. *Vvilfridus* primus *negauit à Scotis ordinari, vel ab ÿs Epiſcopis, quos Scoti ordinaſſent*, inquit Vvilhelmus Malmesburienſis lib. III. geſt. Pōt. Anglor. pag. CXLIIX. Tandem indignum ratus S. *Malcolmus* III. rex Anglis quippiam licere in regno ſuo ſibi arrogare, cum S. *Vrbano* II. PP. animoſe agere incæpit, ut Santandræanum antiſtitem vellet iuberet ſui iuris eſſe, ſed ſanctiſsimus ille uir, uarie ab impiis uexata Eccleſia, ad curas grauiores animum intendit, rebus noſtris neglectis, quamquam prolixe polliceretur per Beatum Bernardum, qui poſtea bello ſacro militans, Archiepiſcopus Edeſſanus, ac ſuborta inter illum, & Boamundum contentione, ut componeretur negotium, Patriarcha Antiochenus. Edgarus, qui patri ſucceſſit, rem eandem gnauiter apud *Paſchalem* II. vrſit, ſed cum tunc quoque Anglorum obſtaret potentia, & ſchiſmate vigente, nihil omnino terminari poſſet, *Alexander* I. Edgari frater ardenter cū *Calixto* II. & *Honorio* II. adnixus eſt, ſed Eccleſia non plane conſiſtente, & factionibus ſæue inualeſcentibus, protelatio facta, donec S. Dauid minimus SS. *Malcolmi*, & *Margaretæ* filius apud *Innocentium* II. & *Eugerium* III. inſtitit viriliter, & cum res immenſas compērēdinationes adm tteret, maluit ille Eccleſiæ Scoticæ pietatem domeſticam, quam externū ſplendorem procurare, itaque IV. epiſcopatus, & XVII. monaſteria Canonicis Regularibus, aut Benedictinis fundat; poſt eum S. *Malcolmus* IV. cognomento *Virgo*, viſus rem apud *Adrianum* IV. terminaſſe, ſed incaſſum, nam res tantæ gloriæ reſeruabatur S. *Vvilelmo* S. *Dauidis ex Henrico* nepoti, cuius precibus *Alexander* III. Hugonem Cardinalem a latere legatum quæſtioni definiendæ in Britanniam miſit, ſed & ille re infecta diſceſsit, ut ex Anglis Raphael Holinshed teſtatur pag. CCCCXLIII. Et toto quidem eo tempore, vt & ab anno MCCXIV. quo obiit S. *Gulielmus* vſq; ad *Iacobum* III. Eccleſia Scotica Anglicanę ſubiecta non fuit, ſed ſui iuris, & immediate *Papę ſubdita*, Bullæ tot Pontificum ſanctorum loquuntur, ut in ijs voluminibus, quæ Bullarium dicunt, & in Codice cenſus Apoſtolici, quem

Aubertus Miræus pridem publicauit. viderint ergo Hiberni, qua fiō te cum Scotis de Eccleſiæ prærogatiuis audeant contendere? cum, per Scotos fidem edocti, ab *Paparone* Cardinale, Scoti filio eccleſiæ ſuæ Hierarchiam Scotis poſteriorem acceperint.

Ad Cap. xv. pag. xxc.

ERrauit exſcriptor meus, nam *Saltreiam* Ciſterſiēſium Monaſteriū fundauit quidē *Simeon* Comes frater S. *Vvaltheni*, & abbatem ei præfecit e cōuentu Vvardoniç in Anglia, ut exiſtimo, ſed ille S. *Simō* fuit, non Eberardus, ut in Scotichronico lib. VI. cap. XXXI. & Simonis quidem militarem fortitudinem, ciuilem prudentiam, corporis virilem pulchritudinem epitaphium illius ætatis ſic expreſsit

Dantur idem fato . . . ruunt iterato
Simone ſublato Mars, Paris, atque Cato.

Et S. *Euerardus* abbas primus in *Halincultra* nreperitur, qui confeſſarius S. *Vvaltheni*, & comes eiuſdem in Canonicatu de *Kirkhan*, exinde cum eodem in Mailroſio monachum induit Ciſterſiēſem, & ſocius indiuiduus ſemper adhæſit, donec tandem *Henricus* filius na tu ma ximus S. *Dauidis* cœnobium iſtud a patre ſuo fundatū fundis auxiſſet, tunc enim in Mailros *Vvalthenus* ſubſtitit, *Euerardus* noui clauſtri curam ſuſcepit Scotichron. eodem libro cap. XXXII.

Ad idem caput pag. xxcvII.

CCXIIX. In Fifa *Aberdaurium* celeberrimum ſancti monialium clauſtrum. Lesl. deſcript. Scot.

CCXIX. *Elchoum*. itidem fœminarum nobile piumque cœnobium. Idem.

CCXX In Laudonia mulieres habet *Manuallum* duodecim miliarib. regia Edinburgo diſtans, S. Chroniaci olim reliquijs inclytum. Collectanea Sinclari.

CCXXI. In Anglia idem Comes *Simon* SS. *Malcolmi*, & *Margaretæ* regum F. fundauit ordini Cluniacenſi monaſterium ad Northamptonam S. *Andreæ* dictum, vbi etiam ſepeliri voluit. Scotichron. laudato loco.

CCXXII Ibidem extra vrbis muros monialibus fundauit monaſteriū, *redditus ampliauit, & multa bona contulit*. Idem loci.

Ad

Ad Lib. II. Cap. XVI. pag. XCVII.

ACiem ad *Bannocbarn* Scotus deſcribit in Scotichronico lib. XII. cap. XX.

M. ſemel & C. ter, ſemel X. I. iungito quater
Nato Baptiſta noua gratia contigit iſta,
Quod rex Scotorum peditum cum parte ſuorum
Anglos proſtrauit, equites cum rege fugauit,
Riuulus eſt ſuper hoc teſtis cognomine Bannoc,
In quo ſubmerſa iacuerunt corpora verſa,
Quo rex Anglorum numero fidendo ſuorum,
Armatis populis equitum ter millibus centis,
Et peditum turmis circundatus innumeroſis,
Scotos aggreditur, & eos delere molitur
Reccurſum facere caſtæ cupiens Striuelinæ,
Te Striuelina commendant prælia bina,
Gens vi diuina cadit Anglica teſte ruina
Turba ruit procerum, cadit hic vtroque dierum
Ad magnum numerum fit ibi diſperſio rerum.
Gens cadit Anglorum, fugit & rex triſtis eorum,
Stat rex Scotorum feruens in amore ſuorum,
Hic releuat iura, quæ iam fuerant peritura,
Peruigili cura tollit rex noxia plura,
Anniſus totos quos Anglia pluribus annis
Concipit in Scotos, lux obruit vna Ioannis
Nam rex Anglorum molitus nomen eorum
Funditus auferre, luit in ſe prælia guerra:
Arma mouet, concepta fouet, perit in perimendo,
Aggreditur, dum non fugitur, fugit ipſe, latendo
Dedecus aſſequitur, aggreſſor quando fugatur,
Cui bene conſulitur, quod vel ſic ſe tueatur,
Cum paucis fugit in campo Rex enſe relicto,
Nec populo patet vlla fuga via, principe victo,
Turba ſuperba ducum morbum perpeſſa caducum
Si tamen euadit Eques ante, pedes modo vadit

Aſpiceres illic proceres alioſque potentes
Diſperſos, illos merſos, hos enſe ruentes,
Si forſan viui fugiant, alij fugitiui
Rupibus, aut riuis latitant, aut vallibus imis.
Dum captiuatur proſternitur atque fugatur
Forth ſepelit multos armis, & equis bene cultos
Quos tu ſeruiles reputabas Anglice miles,
Et quos tu viles, opus eſt fatearis heriles.
Sic leuat eliſos dominus, dans robora paruis
In ſe confiſis, altos proſternit in armis.
Anglica quæ plenis promebas cantica venis,
Sume ſub his pœnis Ieremiæ conſona threnis,
Expertos Scotos metuens tibi iam bene notos
Amodo ne temere contemnas, diſce cauere
Excutit à primis Anglis lux alma Iohannis
Chriſti Baptiſtæ, pro quo tibi gloria Chriſte,
Bannoc habet limus, quorum nec nomina ſcimus,
Quando domi deſint, perpendet gens ſua quæ ſint;
Palma triumphalis inimicis exitialis,
Scotis dum ceſſit, laus his celeberrima creſcit.
Anglica militia bis victa, fugata, perempta,
Per loca Forthina fugientum fracta ruina.
Diuitiæ captæ, currus, res denique raptæ
Materiem flendi dedit Anglis atque gemendi.
Sic gens Scotorum laudat dominum dominorum
Inter deſpoſitum fontem caſtrumque nodoſum
Corruit Anglorum gens perfida fraude ſuorum.
O Deus immenſe, quam iuſto percutis enſe
Colla ſuperborum calcans, & vota tuorum
Supplens, ſupplicium precibus placatus eorum.
Scotorum cœtus vigeat virtute repletus,
Et rex ſit lætus, vertens in gaudia fletus,
Anglis proſtratis, diuiſis, atque fugatis,
Et captiuatis, ſit laus regi pietatis.

Ad Cap.xix.pag.xvii.

ACademiam Pariſienſem Scoti primi inſtituerũt,de S. *Alcuino* ipſe fidem facit epiſt.xxvi. vbi ſe *Scotorũ vernaculũ* noĩat.i. ciuem. Hiſtorici oẽs Galli,& Scoti.iterũ ad Eboracẽſes apud Gul. Malmeſbur.lib.i.geſt.Pont.Ang.capit.iii.*ego parabam ad vos redire*, apud quos educatus ipſe epiſt.xxi.*& in patriam reuerti*.i.Scotiam, vbi natus,nec turbet ꝙ Eginhartus,Roleuincus Laerius,Vvarnefridus, Sigebertus ad annum DCCXCI. *de Britannia* eũ oriundũ dicant,nã *Britãnia Minor* in Almageſto lib.ii.Scotia eſt,eadem Xiphilino ex Dione *Inferior* putatur,deniq; *Britanniã ſecundã* in Breuiario Sexti Rufi ipſe L'huydus Scotiam exponit.ſed qui ipſi de ſe ſcribenti non fidit,cui credet? Herman.Kirchnerus lib.ii.de iure legati capit.ix. ex Actis Hersfeldiæ. *Alcuinum à Scotiæ rege ad Carolum Magnũ miſſum legatum emanſiſſe*, *Albinũ* dictũ volunt, ꝙ Scotum ſonat noſtrate lingua,Rudolf.Boterus IC.& poeta antiquis comparandus in Lutetia ſua. *Et tandem egregijs Scotorum emerſit ab oris*
Alcuinus.pluribus infra.

De *Claudio Clemente*,qui illius,in legatione ad *Carolum Magnũ* pro firmando inter Gallos,& Scotos fœdere,collega fuit,& Ticinenſis Academiæ fundator,& in ſenectute Altisſiodorenſis Eps̃, acta illius Eccleſiæ probant Scotũ eſſe,Paulus Merula par.ii.Coſmograph.lib. iii.cap.xxi.Trithem.ſcrip.Eccleſ.*Claudius monachus ordinis S. Benedicti,diſcipulus quondam Bedę in Anglia,& collega Albini Leuitæ, natione Scotus*.vide Sangallenſem Monachum in geſtis Caroli Magni lib.i.Ant.Poſſeuin.Appar.pag.cccxxi.tom.i.*D. Claudius Scotus Alcuini collega in fundanda Academia Pariſienſi*,& Ticinenſi.Petrus Peſletier Cœnobita Altiſſiodorenſis in epiſtola operibus præfixa.vir doctus ad Chronicon Altiſsiodorenſe Roberti Monachi editum a Nicolao Camuzat pag.LXVII.Ioan.Gualterius in Chronico Chronic.pag.Mccxcvii. *Pariſienſis Academia fatum ſuũ geniale debet Carolo Magno,à quo vitam accepit anno DCCXCI.hac occaſione,ex Scotia venerant in Galliam Claudius,Ioannes, Rabanus, & Alcuinus*.& ab eodẽ edita Bibliotheca Minorũ Patrũ pag. Dcccccxcvii. *Claudius Clemens natione Scotus*,Vvion in Adiũct. D.*Claudius Clemens Scotus,Alcuini in fundanda Academia Pariſienſi collega. Alquinus pro Alquino* in chron.Çitizen.Langius habet.

De

Ioannem eadem probant Scotum eſſe, quæ alios duos, addo Vvionem lib. v. cap. xcv. *D. Ioannes Scotus diaconus, & doctor, & Academiæ Pariſienſis fundator*. errores deinde quinque admittit pudendos, ſed tamen ſubdit *ferunt duos Monachos ex Scotia in Galliam delatos*, ſi Angli erant cur ex Scotia? par lapſus in alijs, qui hūc cum Claudio Taurinenſi Epiſcopo confundunt contra quem Ionas Aurelianenſis ſcripſit, & Lugdunenſis Eccleſia. Tritem. lib. II. Illuſtr. vir. cap. xlvII. *Scotigena* eſt in Biblioth. Geſneri repurgata, Poſſeu. pag. ccxv. *Ioannes Mailroſius cognomento, ac natione Scotus. Maitroſius* perperam in Sixto Senenſi. Bibliotheca Minorum Patrum loco laudato. *Ioannes Mailroſius, Scotus ſocius Claudij Clementis*. fatetur ēt iuratus Scotiæ hoſtis Apoſtata Anglus cent. II. ſcript. Brit. num. xvII. *ex prædictis conſtat Anglos, & Scotos Lutetiæ bonas artes primum publicaſſe.*

II Rabanum Maurum Magnentium Fuldę conditorem Archiepiſcopū Moguntinum, Sanctis adſcriptum eadem quæ tres priores, Scotiæ vindicant, licet ille Alcuino iunior, nec tam collega, quam diſcipulus Flodoard. lib. III. cap. XXI. Robertus Gonletus compend. priuileg. Academiæ Pariſienſis. *Primam thelogiæ ſedem in Academia Pariſienſi poſuerunt Alcuinus, Ioannes, Rabanus, & Claudius Scoti*. eadē Genebrard. chronolog. pag. DXIX. Girald. Ferrarienſis *delati in Galliam e Scotia, Claudius Demens, Rabanus, & Alcuinus*. omiſit Ioannem, & pro *Clemente Dementem* male legit. Plura cōtra Gallos, Germanos, Anglos, & indignos nominari Irlandos pro Scotia apud Ptolomæum Lucenſem, Ricobaldum Ferrarienſem, Nicolaum Gilium, Papirium Maſſonum, Robertum Gaguinum, Belforeſtum, & Gallos omnes. Pariſienſem Scholam autorem Sanctum Carolum Magnū qui negant, inſaniunt, & quaſi Hiberni ſunt, uideant Concilium vI. Pariſienſe lib. III. cap. xII. & Anonymum in uita S. Bennonis capit. Ix. apud Surium tom. vII. denique chronologia Eccleſiaſt. polit. pagina DCCXXXIIX. hæc habet. *Anno DCCLXXXVII. factus eſt Scotiæ rex Achaius filius Ethfini, ſub quo inita amicitia inter Scotos, & Francos dū Carolus Magnus inde accerſit, qui Philoſophiam Lutetiæ Græce, & Latine docerent*. Hæc fuſius, & multa alia in ſcriptorib. meis Scotis vbi Andræas Querceranus in ordinem cogitur, aliorumque errores plene confutantur.

FINIS.

MENOLOGIVM SCOTORVM.

In quo nullus niſi Scotus gente aut conuerſatione, quod ex omnium gentium monimentis, pio ſtudio

DEI GLORIAE.

SANCTORVM HONORI.

PATRIÆ ORNAMENTO.

Colligit publicat & inſcribit

ILLVSTRISS. PRINCIPI. MOECÆNATI. SVO.
D. MAPHÆO. S.R.E. CARD. BARBERINO.
SCOTORVM PROTECTORI.

*THOMAS DEMPSTERVS BARO DE MVRESK. IC.
Scotus. Profeſſ. Eminens.*

Opus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ac Monaſticæ vitæ dignitati augendæ, hæreſi in Scotia vigenti confundendæ operoſe vtile.



BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini. M.DC.XXII.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

MAPHAEO S R E CARDINALI BARBERINO.

SCOTORVM. PROTECTORI. AC. SVO.

THOMAS DEMPSTERVS.

MILLE & ſexcentos Scotiæ ciues, & ex his Dclxxix. Sanctos ad normam Martyrologij Romani recēſitos, tuis auſpicijs, ſi tu addixeris, Princeps optime, recidiuatu donare inſtituo, & omnes Europæ gentes percurrens, tot retro ſæcula digero, vtriuſq; exempla ſexus conquirens, veteris Eccleſiæ Scoticæ typum ob oculos pono, ut nouatores confundam, omnes enim quos hac tabella oblatos vides, S R E. filij deuoti, & uel regnarunt, vt ſua omnia ad alterius regis gloriam componerent, vel autoritate Romani Pontificis in terris Eccleſias rexerunt, vel monaſtico voto addicti in terris vixerunt, & in cælis debitum ſanctis operibus honorem ab eadem ſortiuntur, Et, vt tu ampliſſima autoritate ſquallidam noſtratis Eccleſiæ & deſolatam imaginē, in nobis membris indignis, refocillas & erigis, ita Sanctorum Scotorum precibus omnia fidens patrocinij adoream, quam mortales rependere non valemus, animæ illæ beatorū deſuper diſtillabunt. Et ecce S. Principi Apoſtolorum Petro Romæ ſucceſſerunt Innocentius I, Bonifacius II. Cyriacus, Clemens VI. linealiter à SS Malcolmo, & Margareta regibus deſcendens ait Scotichronicon, ſunt qui Adrianum IV. annumerent, ſed apud me haudquaquam liquidum reor. Petri eiuſdem Antiochenam ſedem tenuerunt Iacobus cum Vrſulanis, virgineo choro aſſociandus, Bernardus cognomento Sapiens bello ſacro copiarum ductor, Simon de Kramonda Carmelitani ordinis ornamentum. Conſtantinopoli ex aula Auguſta ſecundam in terris ſedem Anatolius eſt moderatus, prædatrici licet ſynodo Epheſi electus, ta-

men ſanctiſsimo Leoni rationem fidei ſuæ petenti tradidit, & ab eo pacificatorias accipere meruit. ſi Italiam luſtro, video cum voluptate ſumma ſybares noxiarum delitiarum oblitas, Dei uerbum à Donato *accepiſſe, & Ennij Rudias, & Lupios ab eodem edoctos, Tarentinos à* Cataldo, *Sutrienſes à* Deicola, *Placentinos à* Fulchio, *Verbanos à* Leuino, *Fauentiã ab* Æmiliano, *Fæſulas à* Donato, Andrea, & Brigida, *Bobienſes à tribus* Colũbanis *&* Attala, *Appẽnini incolas à* Peregrino, *Mediolanẽſes, Inalpinos, & Ticinenſes à* Gunibaldo & Guniforte *germanis. In Germania eminentiſsimi ſunt fidei plantatores, & Eccleſiarum fundatores Scoti, Herbipoli ſunt* Kilianus, Totnanus, Colomanus, Erualdus, Burchardus, Macarius, Chriſtianus, *Moguntiæ* Bonifacius *tot gentium Apoſtolus*, Lullus, Sigibertus Egebertus, *Aichſtadij* Vvillibaldus, *Treheti* Doban, *Argentinæ* Arbogaſtus *&* Florentius, *Treueris* Hildulfus, Gereſina *Siciliæ regina, & alij Ratisbonæ* Gailbaldus, *&* Eberhardus, *Mykeleburgi* Ioannes, *Saltzburgi* Ioannes *alter*, *Conſtantiæ tertius* Ioannes, *Heluetij habent Gallum apoſtolum ſuum*, Marcellum *Scholarcham*, Rapertum *Monachum*, *Colonia* Cyriaco *papa gaudet*, Iacobo *Antiocheno Patriarcha*, Vrſula, *& magna ſociarum cohorte* Mimborino, Helia, *et alijs, Fulda* Rabano Mauro, Amnichado, Mariano *& ſocijs. Vindelicorum ſalutis author coluntur* Beatus *&* Vinnibaldus, *Bohæmorum* Adelbertus *&* Rudbertus, *Auarorum* Kunialdus. *Noricorum Trudbertus, Bauarorum* Otgerus, *Notiſsimi ſunt Paderbornæ* Paternus, *Erfordiæ* Adelarius, Vvendelini *ſepulchrum in populoſam ciuitatem excreuit*, Althonis *clari tituli*, *Auſtria* Colomannum *patronum & martyrem inuocat ſuum.* Amanus, Annualis, Corbicanus, Chuuilda, *pro fide omnes hic perpeſsi.* Echarium *vero tanti fecit S. Bruno, ut uitam actaq; ipſius deſcribenda putarit*, Euſebium *cognomẽto* Incluſum *cum apoſtolo ſuo* Beato *Rhæti uenerantur*, *Valuidorum* Foronnanum, *Veſtphalia* Geronem *&* Hermãnum, Vvigbrordum, & Maurinum, *Mar*

tis

tis Caſtra Lucij regis *cum ſorore* Emerita *corpus beat, Viennæ* Macarius *&* Sanctinus *magno pietatis fructu iacent. per Belgium eunti occurrunt non ſingulares aliqui uiri ſancti, ſed cohortes & legiones integræ, Traiectenſes oſtētant* Vvillibrordum *&* Dyſignatum, *Hollandi* Hieronem, *Arteſij* Bertinum *&* Bertuinum, *Friſones cum* Bonifacio *& LII ſocijs martyrij*, Richardum *cognomento* Sacriſtam, Egbertum *&* Herebertum, *Verdenſes* Suitbertum, Erlulfum, Ceuilonem, Pattonem, Tanconem, Rortilam, Iſingerum, & Harruchum, *Atrebatenſes* Celſum, Chillenum *Apoſtolum, Vulganium, Gandaui pretioſa eſt memoria* Liuini, *Machliniæ* Rumoldi, *Valciodori* Eloquij, *apud Moſæ accolas* Fridolini *tot cœnobiorum fundatoris, in Hannonia* Dyſibodij, *Ooſtkerkæ* Guthagoni, Guidulfi, Ghillonis *quorum res Gregorius Dominicanus ſcribendas deſumpſit, in eodem illo tractu* Richardæ *Auguſtæ eminet ſanctitas, Leodij* Odda *uirgo, Gerpiniæ* Rolendis, *Rhodæ* Plechelmi *&* Vvironis, *Cameraci* Autbodus *Scotorum peregrinantium & euangeliū ſeminantium cateruas euocat*, Adilia *hoſpitio ſuſcipit*, Madelgarius *Francus Palatinus & Hiberniæ gubernator fouet, quorum duces* Etto *&* Adalgiſus. *In Gallijs quam nobile noſtrates à pietate nomē adepti ſint, dicant Tullenſes, quos* Manſuetus *principis apoſtolorum diſcipulus erudiuit, Roma emiſſus, in Burgūdia Luxouium Scotorum eſt opus, Ciſterſienſis ordo uitā recidiuā* Stephano Hardingo *rependit*, Furſæo Foillano, *&* Vltano *principibus* Mombolo & Mononi *multa debet Picardia ſeu Morinorum regio, ut &* Ingenoco, Madoco, Quadanoco, *religioſiſſime Xanctones rexerunt* Arnual *& ſocij, Altiſiodorenſes* Claudius, *Redonenſes* Marbodus Euanx, *Rhegienſes Fauſtus, Meldenſes* Faro, Chilleni *frater, Nouiomum* Eligius, *Teroanam* Vvinfridus, *Aletenſes* Machutes, *Compendienſes* Roſelinus, *Carpētoractum* Oronius *Modeſtus, Taurinenſes* Claudius: *Pariſios illuſtrat doctrina & ſanctitate* Alcuinus *Caroli Magni præceptor, cum ſocijs tribus ſanctis, Rhotomagum* Mellanius

Pro-

Probus a S.Stephano *I.P.P.eo deſtinatus,prçſtites Lotharingię ſeu Lotharij regni, Auſtraſiæque ſunt* Arnulfus *noſtratis* Vvendelini *frater,Lucia virgo cognomine* de Monte,*Campaniæ & Briæ* Fiacrius *cum Syra ſorore,Lingones tuetur* Florentinus, *cõfinia* Alexander *cum ſorore* Mechtilde,*qui octo posteriores Regum liberi ſunt, vt &* Clarus *Normaniæ patronus. vellem hic Scotorum pietatem intueri largius latiusq́ ſe expandentẽ,& ſerio reputare quid Remenſes debeant* Abeli,*qui Sancto* Rigoberto *Franco ſucceßit,quid Macræ virgini Crathlinti regis filiæ, & Guthagonis ſorori, Bellouacenſes* Maxentiæ *&* Barbantio, *Nannetes* Similiano, *Ambianenſes* Firmino, *Sanſidonenſes* Sidonio, *Dolenſes* Samſoni, *Leonenſes* Golueneo, *Niuernates* Adeodato *primum Eremicolæ, tum antiſtiti? In Hiſpanica hiſtoria plena quaſi ſegete omnibus ſęculis Sancti Scoti numerantur.ſed cum illa ad manum non ſit, & ſileant noſtrates,alteri tempori cura ea reſeruatur,nunc autem vnico exemplo contentus ero* Gulielmi *regis filij,qui Eremitica diu ibi vita tolerata clariſsimum ei regno iubar ſplendet. Sordere diritate Mahometana Græciam oppreßam non ſinit* Cœlius Sedulius.*In Britanniam Romaui iuris prouinciam traijcio,&* Albanum *primum Martyrẽ cum ſuo doctore* Amphibalo *Culdeo veneror, duos* Dauides *habet Vvallia* & Aſaphum Kentigerni *diſcipulũ:a cæcis idololatriæ latibulis ad veri boni culturam Mercij vocantur ab* Adda *Betta*, Diuina,Cuthberto,Finnano,Aidano,Vvinfrido, *qui populos pie inſtituerunt,& Eccleſias ſancte rexerunt,quibus adde Saxonum decus* Adelmum, *Lindisfarnæ* Tudam,Egredum,Higbaldum,*Bathoniæ* Bodecam,*Leichfeldiæ* Trumherum, *Couentriæ* Cellachum, *Hagulſtadæ* Eatam: *Malmesburiam fundat* Maildulphus *cognomento* Pædagogus,*Benchoram* Congellus,*Boſanhame* Dicullus, *Oxoniam* Ioannes,*nationes Scotus,cognomento Magiſter, regis Alfredi præceptor& martyr,celebria in hanc gentem facta ſunt* Cormani,*qui primus apoſtolus* Aidanũ *præceſsit,*Ethelberti,Cõnani,Cib-

taci,

taci, Boiſili, *nomina ſunt inibi viuacia*, *Cātabrigiam pretioſum* Pandionæ *virginis regis filiæ corpus beat*, *Dunelmum* Turgoti, *ſceptrū ipſum honorat* Mathilda *cognomento* Bona, *tot regum tot Imperatorum parens* Malcolmi & Margaretæ *regum filia. Vlterius tendentibus in Oceano obuiæ iacent Hæbudes, & Acmodes feraciores ſanctorum Scotorum, quam glebæ, vbi* Machillas Brigidam *aliaſque virgines primum velauit, & poſt eum* Aidanus, *vbi* Congellus, Catanus *tot millibus prefuerunt monachis, hic* Blanus *natus, cuius vita etiam a conceptione miraculorum plena, hic monaſteria populorum ſeptentrionalium ſcholę, regum Scotorum ſepulturæ, Sodorenſi antiſtiti eo ſęculo ſubiectę. in Deucaledonio ſinu Orcades fidem hauſerunt à* Machuto, Seruano & Nēnio, *ſanguine ſuo cōſecrarūt* Adamus & Serlo, *Fortunatæ inſulę ſalutis ſuę autores adorant* Brādanos, Malocum, Molonathum, Mooh & *alios. Noruegia & Islandia grato pietatis affectu* Magnum *venerantur*, Begam, & Kentigernū, *hos* Serfus *præceſſit, ſecuti ſunt* Erlulfus & Buo *Hirlandia adhuc idola coleret, niſi Scotorum ſtudijs longaque patientia veros Chriſti cultus accepiſſet, nam* Patricius *cum ſorore ſua* Lupita & *magna cœleſtique Scotorum patrum frequentia gentem eam, vt potuit*, LX. *annorum ſudoribus, Euangelij luce perfudit, hic* Daria *ſanctiſſimę* Vrſulæ *mater Kildariam a nomine & incolatu ſuo appellatam nobilitauit, licet alij non ipſi, ſed reliquijs eius eo aduectis tribuant*, Kenicus *Kilkenniam honorat*, Ronnanus *Kilronan* ; Carolus *Carcagiam*, Duthacus *vniuerſam terram illius Inſulæ illuſtrant, Eccleſiaſtica Hierarchia a* Ioanne Paparone & Ioanne Cumino *Cardinalibus Scotis, ſplendor hodiernus ſi quis ſit, a Beato* Roberto Venantio, *qui Didymus alter, trium Pontificum maximorum legatus ; vitia multa populi clerique Hirlandici prędicationibus pijſſimis deterſit: Hæc eſt illa Hirlandia, quæ veteribus Hibernia, & Iernia, nunquā Scotiæ nomen habuit, licet Monachi Scoti eam regionem inſtituentes omnes ordines à ſe fundatos Scotorum appellatione honeſtaſſent. Portenta*

tenta quæ addunt de Scotia Minore & Maiore, Veteri & Noua; *quam à Geographis & hiſtoricis ſint aliena, nemo melius Illuſtriſs. V. D. nouit, & ego paratus ſum cauſa cadere, ſi vnquam id vllius, niſi Hirlandi, autoris loco oſtendi poſſit. Verum e longinqua peregrinatione domum redeamus, & non omnia tempora, actaue percurramus, nec religioſas epiſcoporum, Abbatum, Monachorum, aut Monialium ſedes excutiamus, ſed vnicam illam aulam ſub annum MXC. intueamur, plura ſiquidem ſanctitatis exempla vnica ea ſuppeditabit, quam vllum totius orbis regnum, cum Roma omnis pietatis arce non contendimus, ac primum* Malcolmus *coniugis ſuę* Margaretæ *meritorum ac vitæ ſequax*, Alvvinum *Canonicum Regularem ſuorum actuum teſtem habet, ut & illa* Turgotum *S. Andreæ antiſtitem, ex eadem aula* Bernardus *in Orietem copias ducit, Rieuallē Benedictinus* Ealredus *adminiſtrat, huius ſoror* Chriſtiana, *mater* Agatha, *uirginei chori ornamētum:* Dauid *deinde regnat, eodemque* Alvvino *utitur, & monaſterio S. Crucis præficit, ut &* Euerardum *Halincutſtrain*, & Simonem *Soltreiæ, fratres eius Vualthenus abbas,* Edmundus *monachus, vterque Ciſtertienſis, ſoror* Mathilda *ex ſanctimoniali regina, tot regum & Auguſtorum parens. filius* Gualterus *eccleſiaſtici ordinis decus, eiuſdemque nepotes* Malcolmus *qui a puritate* Virgo *dictus, &* Vvilhelmus *à fortitudine* Leo *uocatus reges, cum illo* Eduardus *Aberdoniæ præſul, cū iſto* Adamus & Gilbertus *Cateneſiæ antiſtites, qui omnes ſanctorum albo inſcripti, plane docent, qualis reliqua regni facies ſub talibus principibus fuiſſet, nam*

Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

Edgarum & Alexandrum *reges* Margaretę, *ex* Malcolmo *liberos non aduocaui, nec Henricum Huntintoniæ comitem* Dauidis *filium* Malcolmique *ac* Vvilhelmi *patrem, & ſi illi Eccleſiam* Dei *liberaliſſime ditarint, multaque monaſteria condiderint, quia ſanctis adnumeratos non reperi, ut reliquos: non tamen præteribo* Edgarum

omnium

omnium Scotorum regum primum à S.Godrico S. Andreæ epiſcopo inunctum:Tot ſanctos unico ſęculo non ſparſim per totum regnum, ſed in regia,ideſt una in domo,& Scotiæ glorioſum,& Deo acceptiſsimum chariorque eo nomine & commendatior Illuſtriſs.V. D. tutela tanti regni eſſe debet,ut fuit ſemper, nec uero aliter ſperare patiuntur Maiores tui Barberini & Barbadori Florẽtinæ olim Reipublicæ deſtinæ.ſummo ea in ciuitate,Europæ ocello,ſemper gradu, armorum et literarum exuuijs inclyti, atque horum quidem clariſsimum nomen eſt etiam a libertate nata,iſtis hæreditaria propemodum doctrina,& per ſucceſſores tranſmiſſa,ignorare hoc non poſſunt,qui Ioannem Bocacium mel merum Hetruſci ſermonis legerunt aut heroica illius urbis acta perſcrutari uoluerunt,in quibus rara triumphi pompa ſine Barbadoris aut Barberinis,nec alio nomine pluries notati faſti. Atenim iniurius ſum,qui ornamentum à deceſſoribus peregrinum Illuſtriſs. V.D.inquiro,cum ipſa ſit omnis ſolidæ uirtutis,eruditionis, humanitatis,religionis epitome,ut literati per Genium ipſius eierare ſoleant, & quod rariſsimi exempli,ſed ingentium meritorum eſt, Tranſalpini pariter atque Itali æquali uirtutis æſtimatione paria eulogia ingeminant,nec ultima in hoc agmine Scotia futura,ſi quos ego ex quatuor peregrinorum autorum millibus Scotos hos tuos ſanctos fide magna, opera indefeſſa,eximio in S.R.E.uiſibilemque Petri ſucceſſorem,& patriam meam affectu,ut offeruntur,ſuſcipere ac tuere Illuſtriſs. V. D. non aſpernetur, & ſuos facere. Vale Mæcænas fauentiſsime.

Bononia Prid.Kal. Iunias Die S.Simeonis Scoti Friſiorum Apoſtoli. MDCXXII.

INDEX MENOLOGII SCOTICI.

A

Abel.20.*Iun*.2.*Iul*.5.*Aug*.23. *Septembr.*
Actæ.6.*Aug.*
Adæ.13.*Sept.*
Adalberti 23.*Ap*.25.*Iun*.20.*Oct.*
Adamanni.31.*Ian*.22.23.*Sept.*
Adamnani.31.*Ian*.23.*Sept.*
Adalgiſi.2 *Iun.*
Adelarij.20.*Apr.*
Adeodati.19.*Iun.*
Adelmi.25.*Maij.*
Adriani.4.*Mart*.1.*Apr*.2.*Aug.*
Adiliæ.30.*Iun*.6.*Dec.*
Aegidij 1.*Sept.*
Aemiliani.6.12.*Nou.*
Aidani.31.*Aug.*
Alcuini.19.*Maij.*
Albuini.15.*Mart*.26.*Oct.*
Albani.22.*Iun.*
Althonis.7.*Febr*.15.*Sept.*
Almi.13.*Dec.*
Amnichadi.30.*Ian*.1.*Feb.*
Andreæ.4.26.*Aug*.17.*Sep*.30.*Nou.*
Alfredi.23.*Iul.*
Amphibali.24.26.*Iun.*
Anatolij 13.*Apr*.8.*Oct.*
Anonymi.12.*Ian*.5.19.*iun.*
Anniani.16 *Dec.*
Annualis.2.*Octob.*
Angeli cuſtodis.1.*Mar.*
Antoninę.19.*Ian.*
Arbogaſti.21.*Iul.*
Arnualis.2.*Oct.*
Arnulfi.1.*Maij*.18.*Iul*.16.*Aug.*
Aſaphi.1.2.*Maij.*
Attalæ.10.30.*Mart.*
Auguli.7.*Feb.*
Aureliæ.15.*Oct.*
Autbodi.21.*Nou.*

B

Baldredi.6.*Mar.*
Barniti.5.*Ian*.6.*Aug.*
Barbantij.24.*Octob.*
Barnabæ 11.*iun.*
Barreæ.23.*Aug*.24.*Sep.*
Barri.25.*Sept.*
Batheni.5.7.*Iun*.11.*Sep.*
Beani.26.*Octob*.16.*Dec.*
Beati.9.*Maij.*
Begæ.6.*Sept.*
Bedæ.10 *Maij*.26.*Maij.*
Benedictæ.21.*Oct.*
Berthami.6.*Apr.*
Berecti.24.*Feb.*
Bertini.2.*Maii*.16.*Iu*.16.*Iul*.5.*Au.*
Bernardi.15.*Iul*.10.*Dec.*
Benigni.8.Aug.
Bertuini.16.*Maii*.11.*Sep*.11.*Nou.*
Bettæ.14.Aug.
Bey.1.*Nou.*
Bigitani.15.*Ian.*
Blak.7.*Ian.*
Blaani.19.*Iul*.10.Aug.
Blanci.3.*Mart.*
Boiſili.7.Aug.

Bothani.

Bothani.18.*Ian.*
Brandani.11.*Ian.*16.*Maii.* 14. 18. *Iun.* 19.20.*Dec.*
Brigidæ.1.*Feb.*20.*Aug.*
Bonifacii { *P.P.*16. *Mart.* / *Germaniarum apoſt.* 5. 19. *Iun.*1.30.*Nou.*2.*Dec.* }
Brixij 12.*Aug.*
Burchardi.2.25.*Feb.*11. 14.*Oct.*

C

CAducani.20. *Ian.*
*Canonici Regul.*19.*Apr.*
*Calani.*28.*Nou.*
*Candidi.*3.*Mart.*
*Caroli.*28.*Dec.*
*Carnoci.*15.*Iun.*
*Catani.*17.*Maii.*
*Cataldi.*8.10.*Maii.*
Cedde 2.3.*Mart.*
*Celſi.*26.*Iul.*
*Cellachi.*14.*Feb.*
*Ceolfridi.*25.*Sep.*26.*Oct.*
*Chilleni.*13.*Nou.*
*Ceuilonis.*21.*Aug.*
*Chriſtianæ.*7.*Sept.*
*Chriſtianciæ.*21.*Oct.*
*Chriſtiani.*11. *Aug.*
*Chronani.*8. *Mar.*8. *Apr.*
*Chroniaci.*21.*Maii.*
Clari 18.*Febr.*18.*Iul.*
*Claudii.*20.30.*Mart.*
*Cleomatæ.*21.*Oct.*
Colman. 18.*feb.*7.*Iu.*9.13.15.*Oct.*
Colmoci 4.*Maii.*
*Colonati.*17.*Mart.*
*Colmi.*6.*Iun.*
*Columbæ.*9.*Iun.*
*Columbani.*13.*Feb.*81. *aug.*15.*ſep.* 21.22.*nou.*
*Comi.*9.*iun.*
*Comogelli.*20.*dec.*
*Comini.*16.*Oct.*
*Congani.*24.*nou.*
*Conuani.*14.*oct.*24.*dec.*
*Conani.*8.*mart.*
*Connani.*24.*nou.*
*Congalli.*12.*maii.*
*Congelli.*10.*mart.*10.*maii.*
*Conſtantini.*11.*mart.*
*Conſtantinæ.*21.*oct.*
*Conuallani.*13.*oct.*
*Conualli.*8.*maii.*2.*iun.* 13.*oct.*
*Corbicani.*25.*iun.*
*Cormani.*12.*mart.*
*Crucis.*9.*maii.*17.*ſep.*
*Cuthberti.*19.*mar.*4.*ſept.*
*Cyriaci.*28.*apr.*21.*oct.*

D

DAgami.22.*mart.*
*Damiani.*1.*iun.*
*Dariæ.*21.*oct.*
*Dauidis regis.*3.*ian.*24.26.*maii.* 14.*ſep.* (30.*maii*
*Dauidis epiſcopi.*4.*ian.*1.*Mart.*
*Dauidis martyris.*23.*dec.*
*Deicolæ.*18.*ian.*19.*iun.*
*Derdulachæ.*1.*feb.*
*Deuinici.*13.*nou.*
*Diculli.*11.*feb.*1.*iun.*
*Dimai.*16.*nou.*
*Donani.*17.18.*apr.*
*Donati.*22.*octob.*
*Donortii.*20.*aug.*
*Dorani.*2.*nou.*

Doneualdi.15.iul.
Domitij.21.apr.
Droſtani.28.ian.19.nou.14.20.dec.
Durei.27.ian.
Duthaci.8.mar.11.ſep.
Dunſtani.28.ian.16.nou.
Dympnæ.15.20.30.maij.
Dyſibodi.8.iun.8.iul.8.28.29.ſep. 1.nou.

E

EAtæ.7.maii.
Egberti.24.april.25.iun.15. nou.
Ealredi.5.15.ian.
Eccleſiæ dedicatio.15.ian.5.mar.22. 26 april.6.16.30. iul.11. 26. nou.13.dec.
Ebbæ.22.aug.
Echarij.25.aug.
Ediltradis.18.23.iun.
Egeberti.15.nou.
Egredi.25 aug.
Eliſii.15.ian.16.oct.
Eligii.14.maii.25.iun.1.dec.
Eloquii.8.oct.3.dec.
Emeritæ.26.maii.3.dec.
Englatii.26.ſep.3.nou.
Eoglodii.3.oct.
Erenei.15.feb.
Erentrudis.30.ian.3.ſep.
Erlulfi.22.ian.
Erthadi.24.iul.24.aug.
Ervvaldi.19.ian.
Ethelredæ.29.aug.
Ethernani.24.ian.22.dec.
Ettonis.10.iul.
Eunochi.2.oct.
Euerardi.9.maii.
Euſebii.30.ſep.
Euchini.28.aug.
Euſtaſii.29.mar.12.oct.

F

FAilbei 25.ian.3.iun.6.oct.
Faronis.28.oct.
Fauſti.17.ian.
Fiacrii.30.aug.
Fidelis.23.maii.
Filani.9.ian.
Findbarri.25.ſept.
Finnani.16 23.feb.16.18.mart.
Fintanæ.13.oct.
Fintani.17.feb.15.nou.
Firmini.13.ian.25.ſep.
Florentii.10.maii.7.nou.
Florentini.26.ian.
Foillani.16.ian.3.ſep.30.31.oct.
Forannani.30.april.
Fothadi.4.iun.
Fredegandi.17.iul.4.dec.
Franciſci.21.feb.
Fridolini.3.ian.6.7.mart.
Fulchii.26.oct.
Furſæi.16.ian.4.25.feb.28.ſep.

G

GAllani.2.ſep.
Galli.20.28.feb.16.17.oct.
Galteri.3.maii.
Gereſinæ.12.feb.
Gerebernæ.15.20.30.maii.
Geronis.19.feb.
Geruadii.8.nou.
Ghillonis.1.oct.
Germani.5.dec.
Gibriani.8.maii.
Gilberti.4.feb.1.april.

Gil-

Gildæ.29 ian.
Giſibarii.10.24.ſep.
Gobbani.23.nou.
Golgi.29.nou.
Godrici 21.maii.
Goluenei.24 27 iun.
Goſcelini.17.mart.
Gulielmi.6.ian.
Guinothi.13.apr.
Gunibaldi.8.feb.
Gunifortis.22.aug.
Guidonis.17.iun.
Gundiberti.29 maii.
Guthagoni.3.iul.1.oct.

H

H*Amiltonii.7.april.*
Harruchi.15.iul.
Hebredi.29.dec.
Helani.7.oct.
Heliæ.3.12.april.11.nou.
Heine.31.aug.
Hermanni.2.april.
Hieronis.17.aug.
Higbaldi.13 aug.
Hildulfi.23.iun.11.iul.8.nou.
Himelini.10.mart.
Hildeberti.21.dec.
Hugonis.1.ian.

I

I*Acobi.25.iul.21.oct.*
Imago Deiparæ.12.dec.
Inani.18.iul.18 aug.
Innocentii.14.maii 28.iul.
Ioannis.7.ian.28.feb.10.nou.bis 7. april.8.aug.8.nou.15.dec.
Ionæ.28.iun.
Ingenoci.10.feb.
Iſingeri.21.mart.
Iudoci.13.dec.

K

K*Anici.11.oct.*
Kennethi.9.mar.
Kennothæ.13.mart.
Kentigerni.13.ian.
Kenneiræ.29.oct.
Kentillæ.28.april.
Keuini.3.iun.
Kiliani.13 feb.8.iul.13.nou.
Kiriani.5.mart.
Kortilæ.28.mar.
Kundocaris.9.apr.
Kunegundis.16.iun.3.iul.
Kunialdi.12.24.ſept.
Kuneræ.5.ian.12.iun.28.oct.

L

L*Acini.19.20.mar.*
Laclami.25.dec.
Lauretanæ virginis.12.dec.
Lauſtrani.11.apr.
Leſmonis.9.dec.
Leofronæ.30.iul.
Liberti 14.iul.
Libuini.25 iun.
Liuini.27.28.iun.16.25.iul.11.12.(nou.
Lolani.22.ſep.
Lucii.3.dec.
Luciæ.21.oct.
Lulli.16.oct.
Lupitæ.27.ſep.

M

M*Achuti.15.nou.*
Maccæi.11.apr.5.oct.
Machillæ.4.oct.
Machorii.15.ian.12.nou.

Ma·

Mac ræ.6.Ian.
Maglaſtiani.30.ian.
Magilmumenis.9.feb.
Maildulfi.4.nou.
Magni.6.ſept.
Makkeſſagi.10.mart.
Makaoloki.29.ian.
Malcallini.21.ian.
Malcolmi.29.30.iul.15.oct.13.23.nou.9.25.dec.
Malachi.10.apr.
Maldodi.14.maii.
Malimbæi.26.iul.
Malrubi.27.iul.27.aug.
Manerri.18.dec.
Marcelli.17.dec.
Marini.16.dec.
Mariani.29.apr.6.10.oct.
Mariæ.18.feb.3.maii.
Margatæ.10.19.iun.16.nou.
Manſueti.19.mart.3.ſep.
Martini.4.iul.11.nou.
Marnani.2.mart.
Marnokdubi.22.feb.
Marnoci.8.nou.25.oct.
Mathani.12.nou.
Mathildæ.1.16.nou.
Mathuli.15.nou.
Mauræ.2.nou.
Maurini.10.iun.13.oct.
Maxentiæ.24.oct.20.nou.
Mazotæ.22.23.dec.
Medothi.31.ian.
Mechtildis.26.feb.
Medani.14.april.
Mechtundis.16.iun.3.iul.
Mellanii.22.oct.22.nou.
Melchiadis.17.nou.
Merinati.8.nou.
Merini.6.feb.
Methodii.14.mar.
Michaelis.18.nou.
Middani.19.nou.
Minnani.1.mart.
Mirini.15.ſep.
Modani.5.feb.14.nou.
Modeſtæ.4.nou.
Modeſti.5.dec.
Modoci.23.oct.8.ſep.
Moloci.16.apr.
Molonathi.25.iun.
Mombuli.9.maii.18.nou.
Mononis.18.oct.
Monani.22.24.dec.
Moochi.19.dec.
Mordaci.5.oct.
Mottomagi.18.maii.
Moueani.8.ſep.
Mundi.15.april.

N

NAnini.21.ſep.
Nethaleni.8.ian.
Neoti.31.iul.
Nerii.14.ſep.
Neuhal.3.feb.
Nicolai.9.maii.6.dec.
Niniani.16.20.ſep.
Nouati.20.iun.

O

ODdæ.27.ſep.27.28.nou.
Odiliæ.18.Iul.21.nou.
Odranni.27.oct.
Ogilbii.18.feb.
Odonis.25.mart.

Ogri-

Ogrini.26.feb.
Ogani.26.27.feb.
Onani.23.dec.
Oronii.2.ſep.5.29.dec.
Orbillæ.2.ian.5.dec.
Osberti.9.oct.9.nou.
Oſmãnæ.16.iun.22.nou.
Oſualdi.2.ian.24.mart.
Otgeri.10.ſep.
Othæ.13.oct.

P

PAlladii.6.iul.10 ſep.7.dec.
Pandionæ.26.mart.25 nou.
Pantaleonis.20.feb.27.28.iul.
Paſchaſii.12.dec.
Paterni.10.april.
Patricii.17.mar.22.aug.
Patriciani.10.oct.
Pattonis.31.mart.
Petrani.5.iul.
Peregrini.16.maii.1.aug.8.dec.
Pirminii.3.nou.
Plechelmi.15.iul.
Potentianæ.19 maii.
Praxedis.21.iul.
Priſci.22.april.

Q

QVerani.7.ian.9.ſep.
Quintigernæ.7.ian.
Quadanoci.22.aug 5.nou.
Quintini Kennedii.22.aug.

R

RAbani.4.ian.4.feb.19.maii.
Raperti.22.iul.7.ſep.
Reginaldi.12.feb.
Reguli.17.ſep.17.oct.
Ribiani.8.iul.
Riarii.16.28.april.
Richardæ 18.aug.18.ſep.
Richardi.2.nou.1.31.dec.
Roberti.13.nou.24.dec.
Rolendis.14.maii.13.iun.
Ronnani.7.feb.11.dec.
Rortilæ.19 ſep.
Rudberti.27.mart.20.iul.
24.25.ſep.
Rumoldi.1.24.iul.1.aug.18.
ſep.17.18.27.oct.
Ruthii.27.dec.

S

SAbinæ.5.nou.
Sadoci.1.april.
Sacerdotis 4.mart.
Samſonis 28.iul.
Santannæ.19.nou.
Sanctini.2.april.
Sarani.23.ian.10.mar.18.maii.
Sedulii.13.ian.13.iun.28.dec.
Scandalai.11.ian.5.maii.
Segenii.14.ian.7.april.
Serfi.1.iul,1.aug.
Segeani.10.iun.
Senilis.21.iun.
Serlonis.13.ſep.31.dec.
Seruani.1.ian.13.maii.31.dec.
Sidonij.24.aug.
Silani.31.maii.
Silueſtri.11.iun.15.aug.
Siluenei.4.iul.15.aug.
Siluani.10.ian.14.maii.
Simeonis.31.maii.
Similiani.16.iun.
Simonis.29.ſep.
Solonii.19.aug.

Soghani.27.febr.
Sophani.27.feb.
Stephani.17.apr.
Stellani.29.iun.
Stolbrandi.2.ian.
Suiberti.1.mar.4.ſep.
Summiua.8.Iul.
Syræ 8.iun.

T

TAnconis.13.16.feb.
Taraghtæ.4.feb.
Tarkini.30.oct.
Tarnani.12.iun.1.iul.
Terguſi.17.nou.
Thebaculi.9.iul.
Theliai.26.dec.
Theomatæ.21.nou.
Thennæ.18.iul.
Thevvnani.23.ſept.
Theodori.7.19.mar.9.17.19.ſep.
Thomæ Lavvdir.4.nou.
Tigernaci.4.apr.5.maii.
Tigernaſi.5.apr.
Totnani.17.mart.13.feb.8.iul.
Trumvvini.2.dec.
Treſani.3.dec.
Triduanæ.8.oct.
Tudæ.21.oct.
Tynæ.1.ian.
Turiani.13.iul.
Turgoti 23.oct.9.16.nou.

V. VV.

VValpurgæ.25.feb. 27.apr.1. maii.4.aug.21.ſept.
Vvaltheni.22.maii.12.iul.3.4.aug.
Vvaſnulphi.10.ian.1.oct.
Vdardi.5.iul.
Vvendelini.21.oct.
Verani.11.ſep.11.nou.3.dec.
Vrrenæ.21.Oct.
Vigiani.4.ian.
Vvillielmi.6.ian.22.aprili
Vigbrordi.27.maii.
Vvillibaldi.1.mai.7.iul.8.nou.
VVnibaldi.1.maii 24.ſep.
Vvillibrandis.16.iun.3.iul.
Vvillibrordi.19.oct.6.7.21.22.no.
Vvilfridi.24.april.
Vimini.21.ian.
Vvinfridi.3.ian.
Vvinini.6.28.maij.
Vvinniani.13.iul.
Vvinoci.23.mar.18.ſep.6.nou.30. dec.
Virginum commemoratio.12.ian. 8.15.30.iul.
Virgilii.25.oct.
Virguoi.11.maii.
Vltani.1.2.maii.
Vvironis.8.maii.
Vvlganii.29.oct.2.nou.
Vrſulæ.21.oct.19.iun.

MENOLOGIVM SCOTICVM.

IANVARIVS.

I. IN Inſulis Scoticis Seruani Orcadum Apoſtoli.T.BT. F.in Mailros Tynæ cognomēto Boni S. Vvaltheni diſcipuli & Cellerarij. S. In æſtuario Bodotriæ Hugonis Maiæ Prioris qui obijt anno 1269.S.F.

II. Brechini Stolbrandi Martyris tranſlatio facta per Albinum Epiſcopum loci. C.B.Orbillæ virginis.B.Legatio S.Oſuualdi regis Angliæ ad Scotos pro fide indipiſcenda, & mittendis doctoribus.S.C.

III. Dauidis regis ex Anglica captiuitate reditus.H. VVinfridus regis filius priori nomine depoſito Fridolinus vocatur.Bruſch.

IV. Abirbrothi natalis Vigiani monachi Cluniacenſis, & Epiſcopi, e cuius cœmiterio crux nulla vi hæreticorum auelli, ac ne incendi quidem, licet lignea, vnquam potuit. C.Benchorę in Anglia Dauidis epiſcopi.B.Fuldæ obitus HRabani Mauri Abbatis, Archiepiſcopi Moguntini,& Academię Pariſienſis fundatoris.VV.

V. Rieualle Ealredi Abbatis,qui SS.Malcolmo & Margaretæ regibus chariſſimus.Licoſth.opido Reinen eleuatio Kuneræ virginis S. Vrſulæ comitis,& carne propinquæ,quam decenter collocauit S. VVillibrordus.ML.in Argadia Barniti S.Brandani ſocij.B.

VI. In Cathenes Gulielmi Epiſcopi.K.Rhemis Macræ virginis & Martyris,quæ Crathlinti regis filia cum fratre S. Guthagono patriam egreſſa,à Rictiouaro præſide cæſa.M B.

VII. Glaſcoæ Quintigernæ viduæ. K. Edimburgi Beati Ioannis Blak Dominicani Martyris,ſanguine & ſcriptis clariſſimi.C. Aberlemnone Querani Abbatis Culdei.B.

IIX. In Scotia Nethaleni Epiſcopi qui cum S.Palladio floruit.K.

IX. In lacu Leuinio natalis pijſſimi confeſſoris Filani Abbatis Argadienſis,ad cuius pretioſas reliquias magnus concurſus fiebat. K.

X. Dūblani Siluani Archiepiſcopi,qui S.Rumoldo ſucceſſit. B.in Belgio VVaſnulphi eleuatio.ML.

XI. Bāſię Brandani monachi. VV. Scandalai monachi. C.
XII. Duarum virginum ſororum SS. Gunifortis & Gunibaldi quæ in Germania Martyrium paſſæ. Guall.
XIII. Glaſcoæ Kentigerni Epiſcopi & confeſſoris, qui Eugenij regis filius VVallos ad fidem conuertit, & eorū Apoſtolus dici meruit. ML. In Græcia Sedulij Epiſcopi & confeſſoris cognomento Dei amantis, poeſi ſacra inclyti. Gropper. Ambiani natalis Firmini martyris & epiſcopi primi. Conſtant. Fel.
XIV. In Inſulis Segenij Abbatis tranſlatio. C.
XV. Dunkelden Bigitani epiſcopi, & confeſſoris. B: Coloniæ Vbiorum Martiniano Scotorum Cœnobio collocatio reliquiarum Eliſij, quas ex Grandenſi vrbe Lotharingiæ S. Bruno Archiepiſcopus eo detulit, ac deinde VValramus, ex pœnitentia à Pontifice dato, hoc loco reparato, Scotiſque æternum conceſſo, iſto die pretioſum illud pignus decenter collocauit anno 936. B: Aberdoniæ dedicatio Eccleſiæ S. Machorij Metropoli. B.
XVI. Peronę inuentio Furſæi & Foillani. VV.
XVII. Rhegij in Gallia Fauſti epiſcopi & confeſſoris, qui S. Columbani præceptor ex abbate Cirenenſe ad honorem epiſcopalem euectus eſt. N.
XIIX. In Lamirmure Bothani epiſcopi, & cœnobij ſanctimonialium ei conſecratio. B. Sutrij Deicolę Abbatis, qui S. Columbano ſucceſſit, ſed non Bobienſi. P.
XIX. In Franconia Ervvaldi Monachi, gentis illius Apoſtoli. T. In Germania Antoninæ Vrſulanæ. B:
XX. Benchoræ Caducani epiſcopi, qui Ottreidi principis Gualvveiorū frater, bello ciuili pulſus, incredibili ſanctitate floruit. C. B Alan. Tur.
XXI. In Scotia Vvimini epiſcopi. K. Verduni Malcalini abbatis, qui in Scotia natus, regulari diſciplina in Hibernia educatus. VV. S.
XXII. Verdæ Erlulfi epiſcopi & confeſſoris. B.
XXIII. In Scotia Sarani Doctoris, qui ſuos ad paſcha Romano more celebrandum induxit. C.
XXIV. In Iona Ethernani abbatis, & epiſcopi. S. B.
XXV. In Argadia Failbei abbatis S. Columbæ familiaris, pietate mirabilis. B.
XXVI. In Lingonibus Florentini Regis filij, cuius acta leguntur, & ſe-

pulchrum in amplum monaſterium excreuit, miraculorum gloria frequentatum. B.

XXVII. Georgij Duræi Dūfirmelini abbatis, & Martyris, qui pro Chriſti fide ceruices dedit. VV.

XXIIX. In Leuinia Dunſtani Abbatis, qui regi optimo Aidano a ſacra confeſſione fuit. BT.

XXIX. Makvvoloci epiſcopi & confeſſoris. K. Gildæ Quarti confeſſoris, Hiſtoriæ etiam ſcriptione illuſtris. VV.

XXX. Fuldæ depoſitio Anmichadi monachi. VV. in Kyntyre Maglaſtiani epiſcopi. K.

XXXI. Coludij Adamanni abbatis. F. Inſula Huyi Adamāni abbatis. B. Medothi epiſcopi & Culdei. B.

FEBRVARII.

I. IN Scotia Brigidæ virginis, quæ decepto ſponſo terreno, velum virginitatis in Inſulis Scoticis Hebridibus a S. Machilla accepit, in cuius teſtimonium aridum altaris lignum attactu reuiruit. M. Fuldæ Anmichadi monachi translatio. Cratep. Friſingæ Dardulachæ vir. B.

II. Herbipoli natalis Burchardi epiſcopi, qui ſecundus ſedit. VV.

III. In Scotia Neuhal Abbatis, ab Hæreticis occiſi. VV.

IV. Peronæ Furſæi abbatis. VV. in Morauia Gilberti epiſcopi, ſanctiſſimi Scoticæ Eccleſiæ Vindicis. B. Moguntiæ cōmemoratio HRabani Archiepiſcopi. VV. Taraghtæ virginis. MA.

V. In Scotia Modani epiſcopi. K.

VI. Merini monachi Baſiliani, qui Patris cum S. Regulo veniens pretioſas S. Andreæ Apoſtoli regni protectoris reliquias intulit. BT.

VII. Ronnani epiſcopi, qui in Leuinia exceſſit. C. Altomunſter Althonis fundatoris. Hund. In Anglia Augurij presbyteri & mart. Gh.

IIX. Com. Gunibaldi martyris, & peregrini. Guall.

IX. In Anglia Beati Magilmumenis, qui Doctor Scotorū audit. Ingulf.

X. Atrebati beati Ingenoci abbatis S. Bertini. B.

XI. Boſanhami Diculli Eremitæ fundatoris. Ferr.

XII. Chanriæ beati Reginaldi epiſcopi & Cardinalis. C. Treuiris cœnobio S. Matthiæ Gereſinæ reginæ Siciliæ S. Vrſulæ materteræ, quæ cum filio vnico & quatuor filiabus eo uenit, ac miraculorum gloria

innumeriſque ſignis clara reputatur. B.

XIII. Herbipoli Kiliani & ſociorum Apoſtolorum gentis & martyrum. VV. Verdæ Tanconis epiſcopi. B. Sutrij Columbani abbatis cognomento Recluſi. ML.

XIV. Lichfeldiæ Ceolathi epiſcopi, qui poſtea Lindisfarnam Archiepiſcopus ſanctiſſime rexit. C.

XV. In Marria Erenæi confeſſoris, & Eremitæ. C.

XVI. Verdæ Tanconis epiſcopi canonizationis feſtum. VV. in Anglia Finnani epiſcopi, & gentis illius Apoſtoli. K.

XVII. In Scotia Fintani prioris. ML. qui poſtea epiſcopatum geſſit. Conſtant. Fel.

XIIX. Inter Lutetiam & Rhotomagum clari Eremitæ, qui regis filius Gulielmus antea dictus, dominæ loci cæcæ oculorum vſum reddidit pœnitenti, quē precib. ademerat peccāti. ML. BT. In Scotia Colmāni cōfeſſ. K. Fodringham caſtro beatæ Mariæ reginæ paſſio, quæ cōſtans poſt XIX. annorum duriſſimam hæreticorum cuſtodiam cæſa eſt.

XIX. Coloniæ in monaſterio Scotorum S. Pantaleonis Geronis abbatis, vt in paſſione S. Maurini habetur.

XX. In Heluetijs Galli abbatis Eremitæ & Apoſtoli. VV. commemoratio capitis S. Pantaleonis, quod ad Scotorum Coloniæ monaſteriū Henricus de Vlmine miles attulit. ML.

XXI. Aberdoniæ beati Franciſci SS. Trinitatis monachi, qui direpto ab hæreticis monaſterio ſuo, per gradus ſacri loci tractus, eliſo cerebro triumphum duxit. C.

XXII. In Banzenoch Marnokdubi Eremitæ. S.

XXIII. In Anglia Finnani eximiæ ſanctitatis viri. MA.

XXIV. In Scotia Berecti monachi. M.

XXV. Peronæ Furſæi abbatis translatio. VV. in Heidenheim Vvalpurgæ virginis & Abbatiſſæ primæ, quæ fratrum ſuorum SS. Vvillibaldi & Vvinibaldi res geſtas hiſtorico ſtylo executa eſt. B. Herbipoli Buchardi epiſcopi, qui S. Kiliano ſuccedens, gentis illius Apoſtolus, eum cum ſocijs eleuauit. Galeſin.

XXVI. Lapiona villa Mechtildis virginis & regis filiæ, quæ cum fratre ſuo S. Alexandro mundi delitias ſpernens, in Eremum ſeceſſit. Cantiprat. In Germania Ogani Antiſtitis. B. ibidem Ogrini itidem epiſcopi, & confeſſoris, cuius acta extant. B.

XXVII.

XXVII. Rhodæ Oddæ virginis, loci patronæ, & regis filiæ, cuius pretioſum corpus Othbertus epiſcopus eleuauit. Gh. Item Soghani & Sophani epiſcoporum, quos alij præcedenti die locant. MC.B.

XXIIX. Ad lacum Acronianum Galli Abbatis, qui S. Columbano Magiſtro Alpes traijciente, ibi ſubſtitit. ML. Glaſcuæ beati Ioannis Ogilbij Societatis Ieſu presbyteri, qui celebrato ſacro captus multarum noctium dierumque in ſomnio tortus, in foro publice vitam laqueo finiuit, aut verius mutauit, extant Romæ acta à ſeipſo in cuſtodia conſcripta.

MARTIVS.

I. IN Scotia ſolemnitas Angeli omnium hominũ cuſtodis à S. Dauide rege introducta. S. Verdæ Suiberti epiſcopi primi, præſente Carolo Magno canonizatio. VV. Meneuæ in Anglia Dauidis epiſcopi. ML. In Scotia Minnani Archidiaconi. *K*.

II. Eboraci in Anglia Ceddæ Archiepiſcopi, qui prius Orientalium Anglorum Apoſtolus, epiſcopus Leichfeldiæ ſteterat. *B*: In Scotia Marnani epiſcopi & confeſſoris. *K*.

III. Reliquiæ Ceddæ in Scotiam illatæ, & in Dundrain religioſe collocatæ. K. in Apennini iugo Candidi confeſſoris, qui S. Peregrini famulus, ibidẽ cũ eo requieſcit, vulgo Biãcus dictus, & Dño ſuperfuit. S.

IV. In Maia inſula Adriani Maximi Scotorum epiſcopi & martyris, qui a Danis irrumpentibus, cum multis vtriuſque ſexus millibus, & omnis ordinis, cęſus in cęlum migrauit K. BT. Glaſcoæ ſacerdotis Anonymi martyris, qui a Barone Boidio captus, ad ludibrium, ceu piacularis hoſtia, circunductus, vna cum veſtimentis ſacris exuſtus. C.

V. In Mailros conſecratio Eccleſiæ, & confirmatio donationum omnium ei a S. Vvillielmo rege conceſſarum. B. Kiriani epiſcopi. Florar.

VI. In Auſtraſia Fridolini cognomento peregrini, ſeu viatoris, qui octo monaſteriorum conditor, & regis filius, gentium ad Moſam iacentiũ, & Rhætorum Apoſtolus cenſetur. VV. Preſtoni Baldredi epiſcopi, cuius corpus, diuina virtute, ad diffidia fidelium ſopienda, triplicatum reperitur. BT. K.

VII. In Scotia commemoratio Theodori Archiepiſcopi, qui ad Anglos Roma deſtinatus, Scotiam acceſſu ſuo honorauit. B. Seckingi eleuatio Fridolini Viatoris. K.

IIX. Opido Thana Duthaci Roſsiæ epiſcopi, cuius ſanctitas crebris miraculis comprobata. K. In Scotia Conani epiſcopi, & Chronani monachi. BT.

IX. In Glentanir Kennethi epiſcopi ſanctiſſimi. B.

X. In Viſſenaken Himelini confeſſoris, qui nec a pontifice Romano, nec ab epiſcopo loci in Sanctorum album adſcriptus, miracula tamen celebrem reddiderunt, & templa ei dedicata frequentantur. ML. In Scotia Sarani epiſcopi, cuius pretioſę reliquiæ in Tungland recondebantur. B. Bobij Attalę abbatis, qui S. Columbano ſucceſſit, & Scotus putatur. ML. In Leuinia Makkeſſagi epiſcopi, cuius nomen à militibus operoſe imploratur, & ipſe militari habitu, cum ſagittis arcu tenſo, depingitur. K. Benchoræ Congelli abbatis fundatoris. ML.

XI. Ad S. Andreę Conſtantini III. regis, qui monaſticæ quieti ſceptrũ poſtpoſuit. K.

XII. In Scotia Cormani epiſcopi, Angliæ Apoſtoli. BT.

XIII. In Scotia Kenneir virginis ſanctiſſimæ. K.

XIV. In Montanis Scotiæ, qui Hibernia dicuntur, Medothi. B.

XV. Inſula & monaſterio Hui Albuini abbatis, qui prædicans foris Euangelium Thuringiorum Apoſtolus eſt. T.

XVI. In Mernia ad Roſmarken natalis Bonifacij epiſcopi Roſſenſis, qui pontificatu maximo depoſito, totam Scotiam concionando, & myſteria ſacra celebrãdo pio labore luſtrauit. BT. k. B. Finnani abbatis, qui in Hibernia obijt. MC.

XVII. Herbipoli Colonati monachi & martyris, Franconiæ Apoſtoli, vna cum ſocio Totnano. VV. in Hibernia Patricij gentis Apoſtoli, qui Lx. annos totos in ceruicis duriſſimæ populo conuertendo ad laborauit. M. in Mailros beati Iocelini abbatis & poſtea Glaſcuẽſis epiſcopi, qui S. Vvillelmum regem ſacro fonte ſuſcepit. H.

XIIX. In Scotia Finnani epiſcopi, & Northumbriæ Apoſtoli. K.

XIX. In Argadia Manſueti epiſcopi, qui rem Chriſtianam, Concilio I. Turonenſi in Gallia, promouit, ſocius ſanctorum Perpetui Turonẽſis, Guyaxi Rhotomagenſis, Thalaſſij Andegauenſis, Victurij Cenomanẽſis. B. Theodori Archiepiſcopi. ML. Lacini ſeu Lactini epiſc. MC.

XX. Dunelmi depoſitio Cuthberti epiſcopi. ML. In Scotia Lacini epiſcopi. Altiſſiodori Claudii epiſc. Academiæ Pariſiẽſis fundatoris VV.

XXI. Verdæ Iſingeri epiſcopi ſeptimi, & confeſſoris. MA.

XXII. In Scotia Dagami, qui epiſcopatum gerẽs, a ſede Apoſtolica monitus, errorem, in paſchate celebrando ex more Aſiaticorum, depoſuit. BT.

XXIII. Bergis in Hannonia Vvinoci abbatis translatio. VV.

XXIV. Perthi in Valle virtuoſa beati Oſualdi, qui Carthuſianos in Scotiam primus intulit. B.S.

XXV. Dunfriſij beati Oddonis, qui Franciſcanos in Scotiam inuexit. S.

XXVI. Ruſtica ad Cantabrigiā villa Pandionæ virginis, regis filiæ, cuius acta Richardus Eltesleius ſcripſit. Pitſ.

XXVII. Iuuauiæ Rudberti Archiepiſcopi primi, qui Ducum Scotiæ ſanguine ortus, ex ſede Vvormatienſi, Bohæmorum & Boiariorum Apoſtolus habetur, & ſedem illam fundauit. B.

XIIX. Verdæ Kortilæ epiſcopi, qui ſextus ſedem tenuit. MA.

XXIX. Luxouij Euſtaſii Abbatis, qui e Scotia S. Columbanum ſecutus, in Burgundia beato fine obdormiuit. VV. B.

XXX. Bobii Attalæ abbatis. M. Altiſſiodori Claudii epiſcopi, Academiæ Pariſienſis fundatoris. VV. BT.

XXXI. Verdæ Pattonis epiſcopi ſedes illius ſecundi. VV.

APRILIS.

I. IN Morauia Gilberti Cathenenſis epiſcopi, qui Eccleſiam Scoticam contra Anglorum impotentiam pie & ſtrenue tutatus. K. Adriani abbatis. B: Sadoci confeſſoris. B.

II. In Scotia Hermanni presbyteri, qui gentem ſuam ad catholicæ Eccleſiæ vnionem in paſchate obſeruando perduxit. B.

III. Coloniæ Heliæ Scotorum peregrinorum abbatis, cognomento Solitarij, ſpiritu prophetico clari, qui vtrumque cœnobium S. Martini, & S. Pantaleonis rexit. Marian.

IV. In Scotia ad ſedem animarum Tigernaci abbatis. ML.

V. Tigernaci epiſcopi. K. M. male Tigernaſum vocant. ML.

VI. Kirkuæ Berthami epiſcopi Orcadum ſanctiſſimi. K.

VII. In Inſulis Scoticis Sigenii abbatis. MA. In Scotia beati Ioānis Hamiltonii S. Andreæ Archiepiſcopi, & regni primatis, qui ab hæreticis arbori appenſus, felici exitu functus eſt. C.

IIX. Chronani presbyteri eleuatio. B. T. Floras.

IX. In Germania *K*undacaris monachi,& Apoſtoli,qui dum gentem à cæca infidelitatis vmbra in apertam Euangelij lucem trahit, Martyr eſſe meruit. B:

X. Fuldæ Paterni monachi cognomento Incluſi,miraculoſo exitu perfuncti. VV.In Argadia Malachi Liſmorenſis epiſcopi.S. ML.

XI. Lauſtrani,qui Scotis ſuis veram paſcatis obſeruationem perſuaſit. S.Inſula Buta Maccæi uatis S. Patricii Hibernorum Apoſtoli diſcipuli. B.

XII. Natalis Heliæ Solitarii Scotorum Abbatis.Sigeb.

XIII. In Roſſia Guinothi epiſcopi.*K*.Conſtantinopoli confirmatio pacifica Anatolii Patriarchę,quem literis ſuis apoſtolicis S.Leo PP.admiſit,ut ex Epiſtola xl.liquet, & Zonaras miraculorum operatorem loquitur.Tom. III.

XIV. Medani epiſcopi.B.BT.

XV. In Orcadibus Mundi abbatis ſanctitate mirabilis K.

XVI. In Hębud.b.Moloci epiſcopi,comitis,& diſcipuli S.Brandani.*B*.

XVII.Stephani Hardingi Ciſtertienſis ordinis fundatoris. M. Donani abbatis patroni in Achterles,cuius baculus circulatus cuilibet langori medebatur.*K*.

XIIX In Buchania Donani eiuſdem abbatis eleuatio.K.B.

XIX.Cantuariæ multorum Canonicorum S. Auguſtini Regulariũ ,qui ad capitulum generale acciti a Barbaris martyrium paſſi ſunt. P. Gh.

XX Herfordiæ Adelarii epiſcopi primi translatio,qui Franconiæ Apoſtolus,Scotis ſuis monaſterium erexit. VV.

XXI.In Scotia Domitii abbatis S.Columbę diſcipuli.BT.B.

XXII.Dingvvalli Priſci epiſcopi & Culdei.B.BT.

XXIII.In Bohæmia Adalberti epiſcopi & Apoſtoli.VV.

XXIV.Eboraci Vvilfridi Archiepiſcopi ,qui ſacras literas in Scotia didicit.Malmesb. Dorni in Sutherlandia Egberti presbyteri. B. VV.

XXV.Viennæ Sanctini primi Scotorum abbatis. Laz.

XXVI.Centula Riarii abbatis.Maurolyc.Conſt Fel. Sconæ monaſterii dedicatio munificentia Alexandri regis præſentis ſub annũ 1124.S.

XXVII.In Heideinheim natalis Vvalpurgæ virginis cuius gloria miraculis coruſcat. V.T.

XXIIX. Verdæ,Kentillæ epiſcopi,qui Scotorum decimus eam ſedẽ moderatus.B: Vvalpurgæ virginis commemoratio. VV.lib. 4 cap. 28. Co-

loniæ

loniæ tranſlatio reliquiarũ Cyriaci PP. qui cũ ſediſſet anno 1. menſibus 10. diebus 20. faſtigio illo ceſſit, & ad Martyrium S. Vrſulam ſecutus. P. vnde verſus in Chronico Chronicorum pag. 1261.

Clemens Cyriace papatum renuis,
Ad nutum Vrſulæ decedens ſtrenuus,
Triremibus ad Vbios.

Centula Riarii abbatis ſingularis exeempli uiri. P.

XXIX. Fuldę Mariani monachi & hiſtorici clariſſimi, q Dionyſij Exigui Abbatis Romani cyclum paſchalem correxit, & reliquiæ in Scotiam ad Grucem Regalem delatæ. B.

XXX. Valuidori depoſitio Forannani abbatis, qui epiſcopali titulo ad conuertendas gentes ornatus, cum in Scotia Archiepiſcopatum geſſiſſet, ML. hoc eſt, cum Scotorum Antiſtitum maximus fuiſſet, cumulatus gloria exceſſit. Gh. S.

MAIVS.

I. IN VVallia Aſaphi epiſcopi & Apoſtoli, qui S. Kentigernũ e patria ſecutus, nomẽ ſuũ loco reliquit, in ſumma ſanctimonia obdormiẽs. VV. Furnis Vltani abbatis, qui fratribus ſuis SS. Furſæo & Foillano regis Scotorum filia natis ſuperuixit, & Scotis monaſterium erexit. ML. Vvillibaldi, VVinibaldi, & Vvalpurgæ trãſlatio. ML. Metis Arnulphi epiſcopi eleuatio, qui S. Vvendelini Scotorum regis filij frater ſcribitur. VV. lib. 3. pag. 346. In Scotia luctuoſus Catholicæ Eccleſię ſtatus, diraque pręſulum, religioſorum, & Chriſtiani populi perſecutio, vera religione Apoſtolica Romana, publico trium ordinũ decreto, ſic factioſi vetitos ſuos congreſſus vocarunt, Edimburgi exterminari iuſſa, anno 1559. & Hæretici violentia, non ratione vicerunt. C.

II. Sithiu Bertini abbatis eleuatio. VV. Deiræ Vltani Eremitæ. K. In Vvallia Aſaphi epiſcopi & Apoſtoli, hoc die ibi culti. MA.

III. Apud Pontiferam Gualteri S. Dauidis regis filij, qui epiſcopatu S. Andreæ contempto, monachum induit, & miraculorum gloria reſplenduit. VV. V. Lacu Leuino liberatio miraculoſa Beatæ Marię reginæ quo maieſtatem ſuam Chriſtianiſſimam perditi & improbi perduelles ſubditi ſui intruſerant, & diuinitus egredientem Archiepiſcopus S. Andreæ ſuſcepit, cum Baronibus Claudio Hamiltonio, Setonio, Fleiminio, Heeriſio, & alijs. C.

IV. Bamfiæ Colmoci epiſcopi, miri concionatoris.B. BT.

V. In Scotia Tigernaci Abbatis inuentio.B.in Gareotha ad montem Aureum Scandalai monachi.MA.

VI. Votum recuperandæ libertatis à Vvallaſſio emiſſum & S. Vvinino conceptum, contra tyrannidem Angli Edvvardi Scotiam aſſerendi. Abingt. In Halutcuſtram Euerardi abbatis primi. *S*.

VII. Hagulſtadiæ Eatæ epiſcopi, qui ex Abbate Mailroſiæ Apoſtolus Nordanymbrorum, & Lindisfarnæ Archiepiſcopus, inter clariſſima Scotiæ lumina cenſendus. Sur.

IIX. Dumblani Vvironis Archiepiſcopi, vt tunc moris erat nulli certæ ſedi alligati, qui etiam ab infantia miraculis emicuit, Pipini regis cõfeſſarius. VV.B.K. Rhemenſi territorio Gibriani confeſſoris cum ſeptem fratribus, & duabus ſororibus, qui omnes miraculis inclaruerũt, & vel à ſede Apoſtolica, vel a loci Antiſtite eleuati, Sanctiſque adnumerati. ML. Tarenti Cataldi epiſcopi, Apoſtolici viri, depoſitio, qui Iona Scotorum Inſula oriundus, eo profectus. Gh.

IX. Latiniaci Mombuli abbatis depoſitio. VV. Apud Pebles Laudoniæ vicum, inuentio & effoſio mirabilis cuiuſdam ſanctæ Crucis. S. ibidem loci Inuentio & eleuatio Nicolai epiſcopi & Culdei S. In Heluetijs Beati viri integerrimi gentis illius Apoſtoli S. Petri Apoſtoli diſcipuli, primi in occidente Monachi, a ſancto Barnaba Apoſtolo in Scotia prædicante conuerſi. M. ML. MC.

X. Combas monaſterio Congelli abbatis, qui Benchorenſem in Hibernia familiam, amplius quam mille monachis ibi collocatis, fundauit. ML. Tarenti Inuentio pretioſi corporis Cataldi Epiſcopi. Gh. Argentinæ Florentij Eremitæ & epiſcopi, qui cum ſanctis Hildulpho, Arbogaſto, & Adeodato Scotiam egreſſus, ſedem illam rexit, monaſterium Scotis condidit. Sur.

XI. In Murebulkmar Virgnoi Eremitæ. Adaman.

XII. Monaſterio Sacri Nemoris *Haly VVoode* Cõgalli abbatis, religioſa continentia clari. K.

XIII. In Pomona Orcadum maxima Seruani Apoſtoli. K.

XIV. Romæ aſſumptio Innocentij primi ad Pontificatum Maximum. Conſt. Fel. Dumblani Siluani viri religioſiſſimi, qui ex Archidiacono factus eſt Archiepiſcopus, & S. Liuino Gandauenſium Apoſtolo ſucceſſit. B; Haræus. feſtum ibi cum nouem lectionibus. Gerpiniæ inter

Tudi-

Tudinium & Foſſas Rolendis uirginis,quæ in Gallia nobilib.orta parentibus,cum a Scotorum regis filio in coniugem expeteretur,malu t Chriſto nubere,ad quem in fuga terreni ſponſi migrauit ML. In Hibernia Maldodi epiſcopi,natione Scoti, viri in omnibus ſanctiſsimi, qui miranda patientia & exemplo genti illi præfuit. MC.

XV. In monaſterio S.Filani occultatio Dympnæ virginis, quæ patris ſui regis Hirlandiæ, idololatræ & incæſtũ ſpirantis amplexus declinãs,ibi latuit. K.B. Ibidem Gereberni presbyteri,qui Dympnam erudiuit,& fugæ comes,& martyrij in Belgio particeps. B.

XVI. Birra cœnobio Brandani abbatis,vita & morte mirabilis. M. hiſtoria tamen vitæ eius,& acta ab eo,vt referuntur,ſunt apocrypha,depingitur cum Merula dexteræ protẽſæ inſidente. In Belgio Bertuini abbatis & Apoſtoli. P. In Apennino inter Lucam & Mutinam Peregrini regis filij, qui inauditorum ſignorum opifex,eleuatus eſt a LXIV. Flaminiæ aut Æmiliæ epiſcopis. Peregr. Carpius.

XVII. Inſula Buta Cathani epiſcopi,qui S.Blani ex Bertha ſorore auunculus, vnde Kilcathan locus dictus Georg. Nevvton.

XVIII. Euonij in Lorna Conualli Archidiaconi,S.Kentigerni diſcipuli. K. Ad Mulum Galvviæ Sarani epiſcopi. Pet. Canis: B. In Hibernia Mottomagi confeſſoris. Idem.

XIX. Turonis Maiore Monaſterio Alcuini Abbatis ex Leuita,qui Caroli Magni præceptor,& Academiæ Pariſienſis fundator,ex Achaij Scotorum regis legato,hic depoſitus magnis virtutibus enituit. VV. MI. B: Fuldæ depoſitio HRabani Mauri Abbatis S. Alcuini in omnibus ſocij,ſed iunioris. MI. Romæ Potentianæ virginis,quæ S. Pudentis Senatoris ex Beata Claudia Scota filia. M.

XX. In Belgio paſſio Dympnæ virginis Hibernæ,quæ patrem ſuum incæſtuoſiſſimum idololatrã aduenisse ſentiens,e Scotia fugit,& hic Chriſto immolata eſt. Conſt. Fel. Ibidem Gereberni presbyteri decollatio hic Inuerlothææ natus cœnobij conditor. B.

XXI. Manuallo monaſterio Chroniaci abbatis & epiſcopi. B: Fano S. Andreæ Godrici Eremitæ & epiſcopi,prophetica ſciẽtia illuſtris. S.B.

XXII. In Mailros Vvaltheni abbatis,qui regis filius ex ſancta illa & benedicta generatione Sanctorum Malcolmi & Margaretæ ortus, epiſcopatum Santadreanum,& Archiepiſcopatum Eboracenſem,cum eſſet canonice electus,reſpuit,& indicato ſepulchri loco, *hic, hic*, in-

quit, *eſt requies mea*: ſic multorum miraculorum patrator obdormiuit, tam munificus in pauperes, vt cum alimenta monachorum elargiendo conſumpſiſſet, & arcta annona incidiſſet, fruges horreorum duplicarit. S.

XXIII. Territorio Argentinenſi natalis Fidelis Eremitæ, qui ſancto Florentio ſemper adhæſit, & eo ad honorem epiſcopalem aſſumpto, ipſe quoque Archidiaconatum adminiſtrauit. B:

XXIV. Monaſterio S. Crucis ſub mõte Doloroſo natalis Dauidis regis, qui regium patrimonium pæne totum in Eccleſiam erogauit, epiſcopatus quatuor, monaſteria vtrique ſexui ſeptemdecim fundauit & ornauit. S. B: BT. Martyrologium loci.

XXV. Shireburni Adhelmi epiſcopi, qui cũ S. Maidulpho Scotiã egreſſus, Saxonum in Anglia Apoſtolus, claram miraculis vitã duxit. VV.

XXVI. In Mailros Bedæ monachi Angli commemoratio, qui aliquot annis ibi loci degit. S. Trimontij Emeritæ ſororis S. Lucij regis, quæ eo fratrem Euangelij prædicationi intentum ſecuta, pauperiem Chriſtianam ſplendori regio prætulit. B: ML. Dauidis regis depſitio. S.

XXVII. In Boiaria Vvigbrordi gentis Apoſtoli. Laz.

XXIIX. In Kintyre Vvinini presbyteri, cuius cellæ adhærebat fons omnibus languorib. & morbis inueteratis ſanandis oportunus. H.

XXIX. Rhemis Grundiberti martyris. B:

XXX. Ghele pago translatio reliquiarum Dympnæ virginis Hibernæ, & Gereberni presbyteri Scoti eius inſtitutoris & magiſtri. B: ML. In arce Santandreana martyrium Dauidis Betonij Archiepiſcopi, Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legati, quem hæretici indigne habuerũt, ſtrangularunt, e feneſtra indutum purpurã ſuſpenderunt, & ne quid ludibrij ſacrilegæ impietati deeſſet, in os defuncti conminxerũt, non alia cauſa, quam quia hęreſim naſcentem ingenti curã ſuppreſſiſſet, autores fuere diu antea meditati ſceleris, feralis ille Knoxius Caluini catulus, Normanus Leslęus comitis Rotheſii filius, Ioãnes eius patruus, Gulielmus Kirkaldius Grãgii hæres, Kirkmichellus, & Georgius Sophocardius vulgo Vvyſſart Lutheranus, q. omnes miſere, nullus ſua morte, defuncti, & Sophocardius ante ſcelus admiſſum hæreſeos crimine cõdemnatus, vltrici flammæ datus, cum ad ſtipitem duceretur, Cardinalis mortem, ceu propheta, cum minis, prædixit, quam ſciebat inter nefarios iam concluſam. C. Thuan.

XXXI.

XXXI. In Friſia Simeonis, gẽtis illius Apoſtoli. Caniſ. Silani cognomento Peregrini, & epiſcopi. MA.

IVNIVS.

I. CVmmernaldiæ Damiani presbyteri, qui S. Andreæ reliquias a S. Regulo in Scotiam allatas recepit. BT. Boſanhame monaſterio Diculli Eremitæ fundatoris eleuatio. B:

II. Monaſterio diuini iuris Connalli epiſcopi, S. Columbæ diſcipuli. BT. B. in Belgio Adalgiſi Apoſtoli. ML.

III. In Trioit depoſitio Failbei abbatis. C. Keuini abbatis, in Inſulis Scoticis oriundi. Girald.

IV. Kilreuli Fothadi epiſcopi primi, qui in Scotia ſedem certam habuerit, & ornamenta Eccleſiæ ſuæ multa contulit, inter alia Euangelium argentea theca incluſit, quæ nomen ipſius præferebat. S.

V. Docko Friſiæ oppido paſſio Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, Germaniarum Apoſtoli, & Apoſtolici a latere Legati, qui indomitæ genti prædicans, peremptus eſt cum L I I. ſocijs, qui omnes Scoti aut Angli, & inſtituti Benedictini fuiſſe produ͂tur. V. M. VV. Inſula Himba Batheni abbatis, qui S. Columbæ ſecretarius fuit. N.

VI. Kirkuę Colmi Orcadum Apoſtoli. K.

VII. In Heluetijs Batheni abbatis, & S. Columbæ diſcipuli commemoratio, puto, importatis eo reliquijs. N. Lindisfarnæ Colmanni Archiepiſcopi, Northumbriæ Apoſtoli, miraculis inclyti. ML.

IIX. In Belgio Dyſibodi epiſcopi, qui multum in Hirlandia ad abolendos nefariæ impietatis ritus adlaborauit. VV. Sur. in Campania Syræ regis filiæ, S. Fiacrij ſororis. ML. BT.

IX. In Inſulis Scoticis Columbæ presbyteri admirabilis vitæ viri, qui Hibernus ortu in Scotia xxx. annis hęſit, regibus familiaris, officia pietatis, quę Scotis Apoſtolis ſuis Hibernia debebat, indefeſſe rependẽs. M. V. N. S. Eodem die Comi abbatis. K.

X. Iuuerlotheę Segiani presbyteri, qui S. Honorij I PP. literis admonitus, Scotos ſuos, ad paſcatis Romano ritu celebrationẽ adduxit. BT. B. Coloniæ Maurini martyris in Scotorum S. Pantaleonis cœnobio. VV. In Scotia Margaretæ reginæ, quæ per inſidias fraude equitis Angli marito ſuo S. Malcolmo occiſo, ſupereſſe noluit. BT. Cõſt. Fel.

XI. In Scotia Barnabæ Apoſtoli, qui gentē eam a ſanctiſſimo Apoſtolorum principe Petro aditam, poſtea penetrauit, & multos in ea ad Chriſtum conuertit, & in his S. Beatum, qui poſtea S. Petri Romæ diſcipulus fuit, & Heluetiorum Apoſtolus. MC. in Marria Silueſtri S. Palladij ſocij. B. P

XII. Kinkarniæ Tarnani pictorum Archiepiſcopi. K. vrbe Reinenſi Kuneræ virginis Vrſulanæ per S. Vvillibrordum Scotum Archiepiſcopum translatio, & reliquiarum collocatio. ML.

XIII. Relatio reliquiarū Sedulij in Græcia epiſcopi, quæ in Kilvvinnin monaſterio reconditæ. B: Gerpiniæ Rolendis per Obertum Leodienſem epiſcopum eleuatio. ML.

XIV. Inſulis Brandani abbatis. Maurolyc.

XV. Baræi in Marræa Carnoci epiſcopi Culdei. B. BT.

XVI. Sithiu Inuentio corporis Bertini. ML. Oſmannæ virginis. Sur. Eiſcheli eleuatio virginum Vrſulanarum Mechtundis, Vvilbrandis, & Kunegundis, quæ poſtrema celebrior ob proceſſum extātem eſt. ML. apud Nannetes Similiani, qui abbas Cauriacenſis S. Ethbini præceptor, peregrinus in Aremor cos delatus, mirabili electione, incredibili ſanctitate præfuit. VV.

XVII. Londoris monaſterio Beati Guidonis abbatis primi, qui cum monaſteriū a fundamentis exſtruxiſſet, & magna vitæ auſteritate xxiix. annis præfuiſſet, pio ad fratres ſermone habito, blando & renidenti vultu in domino obdormiuit. S.

XVIII. Brandani abbatis & epiſcopi ait Petrus Cluniacenſis. In Coldingham Ediltrudis reginæ Angliæ, quæ ſanctimonialis obijt. T. lib. 3. cap. 122.

XIX. Dunfirmelini Margaretæ reginæ translatio. K. Niuernis Adeodati epiſcopi, S. Argobaſti ſocij. VV.

XXI. Romæ Nouati presbyteri Beatæ Claudiæ Scotæ filij. M. V. Eodē die Abelis Belgarum Apoſtoli, Archiepiſcopi Rhemenſis a Lobienſi monaſterio ad Binchienſe oppidum translatio anno 1409. ML.

XXI. In Scotia Senilis S. Columbani præceptoris. P.

XXII. Verolamij Albani primi illius Inſulæ martyris perſecutione Diocletiani. M. V. N. B.

XXIII. Treueris Hildulphi Archiepiſcopi SS. Argobaſti & Florentij, Fidelis & Adeodati ſocij. VV. In Coldingam Ediltrudis Angliæ reginæ eleuatio. Galeſin.

XXIV.

XXIV. In Aremoricis Golueni Leonenſis epiſcopi VV. nonnulli Scotũ putant, ſed ego delibero. Vveſtmonaſterij translatio reliquiarum ſanctiſſimi Amphibali, qui S. Albanum inſtituerat. Vveſtmon.

XXV. Leuini translatio. VV. Machliniæ natalis Rumoldi Scotorum Archiepiſcopi, Dumblanenſem ille ſedem in Scotia, non Dublinenſem in Hibernia regebat, id probant inſignia Scotici regni ab Archiepiſcopo loci geſtata. Miræus. In Egmonda Adalberti gentis Apoſtoli. VV. In Friſia Egberti Apoſtoli. Sur. In Scotia Molonathi epiſcopi S. Brandani diſcipuli. K. Nouiocomi Eligij epiſcopi, Antuerpienſium patroni & Apoſtoli translatio. Maurolyc. In Anglia ſecunda translatio pretioſi corporis Amphibali anno 1177. H. Ad Bannokburn miraculum brachij Filani, quo rex Robertus, ſub noctem intempeſtam ad altare orans, mirifice confirmatus, Angliæ rege Edvvardo trepide fugitiuo, Anglos ad L. millia cęcidit, adeoque ea acie vires regni Anglicani fregit, vt multa poſtea ſæcula nihil rei magnæ in Scotos geſſerit. S. B.. BT. H.

XXVI. In Belgio Corbicani, qui gentis Apoſtolus S. Adalgiſo comes hæſerat. C.

XXVII. In Aremorica Leonenſis epiſcopi Goluenei. Cenal. Gandaui Liuini Apoſtoli ſecunda translatio per Abbatem Eremboldum facta. ML.

XXIIX. Ionæ diſcipuli diſcipulorum S. Columbani viri ſanctiſſimi. MA. In Hautem eleuatio Liuini Archiepiſcopi per Theodoricum Cameracenſem antiſtitem anno 842. ML.

XXIX. In Buchania Stellani presbyteri, qui ſuos ad Romanum paſcatis obſeruandi ritum deduxit. B. BT.

XXX. Orpij Adiliæ virginis Scotorum in Belgio peregrinantium hoſpitę. ML. Saltzburgi Erentrudis virginis abbatiſſæ, ſanctorum Rudberti & Trudberti Apoſtolorum illius tractus ſororis. ML.

IVLIVS.

I. MAchliniæ Rumoldi Apoſtoli, cuius natalis cum coincidiſſet cũ S. Præcurſoris feſto, in hunc diem differendus fuit. ML. In inſulis Serfi primi illius populi Apoſtoli. B. In Liſmore Tarnani Archiepiſcopi, & Silueſtrium Scotorum, ideſt Hibernorum Apoſtoli. S.

II. Lobio Abelis abbatis, Remenſis Archiepiſcopi, Belgarum Apoſtoli translatio anno 1409. ML.

III. Ooſtkerkæ Guthagoni confeſſoris, regis filii, qui diuino amore tactus, regnum terrenum ſpreuit, vt cœleſte obtineret. B. K. ML. in Eiſchel natalis Vvilbrandis Vrſulanæ. VV. ibidem prope Conſtantiam Mechtundis Vrſulanæ. VV. Eodem die Kunegundis harum Sociæ. ML. F.

IV. Kilreuli Siluenei Canonici, qui aduenientem S. Regulum cum reliquijs S. Andreæ Apoſtoli ſuſcepit. B. Coloniæ Martini Scotorum patroni translatio. Adelbaud.

V. Remenſi territorio Petrani presbyteri. B: Brechini Beati Vdardi epiſcopi, qui prius monachus Cuprenſis Deiparæ virgini deuotiſſimus ferebatur. B. C.

VI. In Mernia Palladij Diaconi S. R. E. Cardinalis Scotorum Apoſtoli a S. Cœleſtino papa miſſi, vt Scotos, diu antea in Chriſtum credentes, a Pelagiana peſte in Anglia graſſante, tutaretur. K B. bT.

VII. In Thuringia Vvillibaldi Eiſtetenſis epiſcopi primi, & gentis Apoſtoli. VV. F.

IIX. In Franconia Kiliani, Totnani, Colmani, & Ervvaldi monachorũ, gentis Apoſtolorum, qui a Geilana martyrio affici iuſſi. M. Ribiani epiſcopi. S. In Noruegia Summiuæ virginis, & ſeptem ſociarum. Caniſ. In Treuerico translatio Dyſibodi. ML.

IX. In Scotia Thebaculi monachi Baſiliani S. Reguli Patrenſis ſocij. B. BT.

X. Lætijs Ettonis epiſcopi & confeſſoris, Germaniæ inferioris Apoſtoli, qui in Hiberniam ad regenda monaſteria conceſſit, & inde in Belgium eductus per Madelgarium Hannonię comitem, qui ſanctorum albo adſcriptus Vincentius dictus, & Hirlandiæ gubernator deſtinatus ab aula a rege Pipino, per aliquot annos ibidem hęſerat. ML. F.

XI. Treueris Hildulphi Archiepiſcopi. VV.

XII. Mailroſię eleuatio ſanctiſſimi abbatis Vvaltheni, cuius hortatu S. Dauid rex frater monaſteria fundarat, vt & frater alius Simon comes Albamerlę duo monaſteria Northamptonię in Anglia erexerat, & nepos Henricus comes Huntindonienſis ad augendum diuinum cultum animum adiecit. S.

XIII. Vvinniani epiſcopi. K. B. Thuriani epi, cuius acta habentur. MC.

XIV. Liberti in Scotiam reliquiarum tranſlatio. B.

XV. Verdæ Harruchi abbatis Amarbaricenſis, & epiſcopi octaui, & martyris: B: Abernethæ Donevaldi agricolæ, & filiarum nouem Sanctis adſcriptarum, quarum domicilium quercus, patrum memoria, oſtendebatur annoſa, & miracula Eccleſiolæ vetuſtiſſimæ parietinis inſculpta, ab hæreticis nuper profanata, & abolita. K. BT. B In Oudenzeel Plechelmi epiſcopi Candidæ Caſæ, Belgij Apoſtoli, Ruremundæ patroni. T. ML. In Paleſtina ſancta Ciuitas à Chriſtianis, ductu Godefredi Bullionei, capta, quo in bello Beatus Bernardus cognomento Sapiens, S. Margaretæ confeſſor, & Antiochenus patriarcha, & Alanus Ferranus S. Malcolmi regis filius, operam pręclaram nauarunt. S.

XVI. Sithiu Bertini abbatis per Folquinum abbatem tranſlatio. VV. In Scotia dedicatio Eccleſiæ monaſterij Dryburgenſis. S.

XVII. Argenton monaſterio Fridegandis confeſſoris. ML.

XIIX. VVruini Inani Eremitæ & confeſſoris, qui Pictică excidium prædixit, cuius hortatu Kennethus rex bellum illud animoſe ſuſcepit. K. Metis Arnulfi, qui S. Vvendelini frater, Eremita obijt. VV. apud Sequanos Clari regis filij, cuius acta habentur. VV. apud Dalgarnoch Thennæ viduæ S. Kentigerni matris, miraculoſæ mulieris. B. K. Huyi Odiliæ Vrſulanę tranſlatio. VV.

XIX. Dūblani Blani ep̄i primi, qui in Inſula Buta ab ignoto iuuene, ui cō preſſa matre Bertha, genitus, & cum ea in exigua cimba ſine fundo mari Oceano, ut perderetur, à S. Cathano auunculo cōmiſſus, diuina prouidentia ſeruatus, matre ab aue miraculoſe paſta, appulitq; in portum Beutorne, ubi a Sanctis Congallo & Kennetho repertus, ſacro fonte leuatus, educatuſque eſt, & ab auunculo ordinatus, impetrata a Papa Rom. benedictione, filiū Regis triduanū ad uitam reuocauit in Anglia, & ſedem ſuā fixit Dūblani, quo nullus in Scotia ſanctior. S.

XX Iuuauiæ inuentio reliquiarum Rudberti Archiepiſcopi a VVichardo anno 1312. B:

XXI. Argentinæ Argobaſti epiſcopi. M. MC. Romæ Praxedis uirginis Beatæ Claudiæ Scotæ filiæ. ML.

XXII. Sangallenſi monaſterio Raperti ſcholarchę uiri doctiſſimi & ſanctiſsimi. Metzler.

XXIII. In Mailros Alfredi regis Northumberland, qui priuatus in pueritia in Scotia Chriſtianam fidem didicerat, & regnum adeptus, &

mundi pertæſus,ſceptro monaſticam tonſuram prætulit, & monachũ induit,aſſumptuſque e Mailros ad Lindisfarnenſem Archiepiſcopatum.S.B.F.

XXIV.Machliniæ Rumoldi Archiepiſcopi.Galeſin. In Scotia Erthadi epiſcopi,qui regi pijſsimo Malcolmo.I.charus fuit K.B.

XXV.Gandaui Liuini Archiepiſcopi tranſlatio.VV. Herbipoli Iacobi Maioris Scotorum patroni.T.F.

XXVI.In Scotia Malimbæi Eremitæ & martyris. K. Lenſij Celſi preſbyteri.B.

XXVII.Marnæ Malrubi Eremitæ & martyris à Danis interfecti.K.Coloniæ Scotorum patroni Pantaleonis tranſlatio, cuius monaſterium Sanctorum ferax eſt.ML.B:

XXIIX.Romę Innocentij papæ primi,qui Eudoxiam excommunicans, ſatis docuit ſæculare Imperium æternæ Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſubijci debere.M Dolæ Sampſonis epiſcopi,qui ſanctorum Brandani, &Maclouii diſcipulus, Gallicanam monarchiam meritis ſuis illuſtrat. VV.

XXIX.Dumfirmelini eleuatio Malcolmi IV.regis Chriſtianiſsimi, cognomento virginis cuius ſanctitatem & magna apud Deum merita S.Godricus vidit,& prædixit,& Gulielmus Neubrigenſis Anglus nõ tacuit.S.

XXX.In Anglia Sanctarum multarum uirginum, quæ, cum S.Leofrona,a Danis captæ,ludibrio expoſitæ,decimatæ, crudeliterque necatæ. S. Dunelmi fundatio templi auguſtiſsimi S. Cuthberto dedicati a S.Malcolmo III. rege, rogatu S.Turgoti prioris, & Santandreani epiſcopi.H.

XXXI.Neoti monachi,a quo reſtaurata Academia Oxonienſis, quem quidam Anglum faciunt.VV.

AVGVSTVS.

1 IN Belgio Rumoldi Apoſtoli.Sur.Mutinæ,& Lucæ Peregrini regis filij & Eremitæ.Carp.VVatſtijkoi reliquiarum Serfi relatio,quę miraculo ibi ſubſtiterunt,nec auelli inde potuerunt.B.C.

II.Santandreano monaſterio illatio & reconditio reliquiarum Adriani epiſcopi & mart.e Maia Inſula allatarum per Maliſium epiſcopũ . B:

III. In Mailros Vvaltheni abbatis eleuatio.S.

IV. Verduni Vvalpurgæ virginis. ML. In Mailros obitus Vvaltheni ſenis ſanctiſſimi,&c,vt puto,abbatis,regis filij.H. Fæſulis Andreæ Archidiaconi S.Donati ſocij,cuius corpus in templo S.Martini de Menſula in Fæſulanis montibus maximo concurſu,ingenti religione,crebritate miraculorum frequentatur; B: plene Philippus Villanius in Actis.

V. Lobiis Abelis Lotharingiæ Apoſtoli,Rhemorum Archiepi.ML.B.

VI. In Galvveia beati Actæ Candidæ Caſæ epiſcopi. B: Dreghorni Barniti reliquiarum veneratio.C.

VII.Mailroſiæ Boiſi abbatis,S.Cuthberti diſcipuli.VV.

IIX Paſſio beati Ioannis Abercrombij presbyteri, qui a Sathanæ miniſtris propter fidem peremptus.C.

IX. Leſmohago Benigni presbyteri.C.

X. In Scotia Blaani epiſcopi & confeſſoris,qui circa annum milleſimũ viuebat.K BT.

XI. Herbipoli Chriſtiani ſecundi Scotorum abbatis.T.

XII.Chanriæ ſeu Canonriæ beati Brixij,qui Prior in Leſmohago, Morauiæ epiſcopus renuntiatus,ſanctiſſime vixit.S.F.

XIII.Bearnenſi monaſterio Higbaldi abbatis, qui ijs in partibus,ſua ætate,ſanctiſſimus Scotorum Anglorum,& Hirlandorum doctor extitit.B.VV.ML.

XIV.In Northumbria Beati Bettæ gentis Apoſtoli,qui cum S. Aidano e Scotia veniens innumeram multitudinem pio labore conuertit, & Penda rege præſente baptizauit.B.F.

XV.In Scotia Silueſtri presbyteri,qui S.Palladij comes contra Pelagianos ſtrenue depugnauit.B.C.

XVI.Arnulfi epiſcopi translatio.VV.

XVII.Egmondæ Hieronis presbyteri, Cimbrorum Apoſtoli & martyris,magnorum operum viri,cuius caput Northvvici, paſſionis loco, requieſcit.VV.ML. & vt dicebat ille.Gh.

Rebus in amiſſis Hiero ſæpiſſime pollet.

malim cum ratione,& maiori Sancti laude

Rebus in amiſſis Hiero ſanctiſſime polles.

XIIX.Drouoci Inani confeſſoris, qui Argadiam peſtilenti morbo liberauit.K.Andlovv Richardis Gregorij regis filiæ, & Imperatricis Ca-

rolo Craſſo nuptæ, quæ falſo adulterij cum Lutvvardo Vercellenſi epiſcopo accuſata, crimẽ vomeris igniti ꝓbatione diluit, & a marito, diuortio voluntario facto, ſecedens, Canoniſſarum collegium erexit, ibique in Voſagi cacumine ſanctiſſime obijt. V V. T. lib. 3. cap. 314. extant acta.

XIX. In Marria Solonij presbyteri, qui S. Palladium Apoſtolum ſepeliuit. B.

XX. Aberdonię Donortij epiſcopi Murthlacenſis, qui S. Beano ſucceſſit. B: In montibus Fæſulanis Brigidæ virginis, quæ ad fratrem ſuum Archidiaconum S. Andream e Scotia venit, & magna Chriſtianæ vitæ continentia hic obijt. B:

XXI. Verdæ Ceuilonis epiſcopi, qui vnus ex ijs fuit, quos hiſtoria loquitur Scotos a Carolo Magno, ob bellicam in Saxones fortitudinem, præmio honoratos, & hic collocatos. B.

XXII. Coldingham in Marchia Ebbæ Angliæ reginæ & virginis martyris, cuius nomen promontorium in Bodotriæ æſtuario adhuc ſeruat. Aiſtolf. Monaſterio Crucis regalis obitus Beati Quintini Kennedij abbatis, Comitis Caſſilij fratris, qui admiranda conſtantia ſex annis totis, cum hæreſi naſcente, & iam confirmata conflixit, ad extremum lento veneno conſumptus, corruptoque ſanguine exceſſit. C. Mediolani Guniſortis martyris qui cum duas ſorores in Germania barbarorum gladio interemptas amiſiſſet, & frater ipſius Comi occubuiſſet cæſus pro Chriſto, ipſe ſagittis cõfixus a paganis, inde Ticinum abijt, & in paupertina vetulæ domo animam beatam cœlo reddidit, & tugurium illud in templum uerſum eſt, & ille ciuitatis patronus colitur, actaq; in ſanctuario Papiæ extant. M. eodem die ad Kilpatrik in Scotia natiuitas Patricij, & in Hiberniam nauigatio, cuius memoriã ſeruat ſcopulus in Glotta, qui in medio flumine ſitus impune plenis velis illatas naues innocuus excipit, nec lædit. C. Audomaropoli Beati Quadanoci monachi S. Vvinoci ſocij, ſanctitate inclyti. B:

XXIII. Barreæ epiſcopi & confeſſoris, M C.

XXIV. Natalis Erthadi epiſcopi. K. B. Sanſidoniẽſi monaſterio Sidonij abbatis primi, cuius reliquiæ Dunkelden illatæ. C.

XXV. In Cimbris Echarij confeſſoris & Apoſtoli, qui ad Euãgelij opus cum SS. Guthagono & Macra ſe accinxit. S. C. B. Lindisfarnæ beati Egredi Archiepiſcopi. B.

XXVI. Fæſulis Andreæ Archidiaconi translatio. B:
XXVII. In Scotia Malrubi Eremitæ. K.
XXIIX. In Scotia Euchini epiſcopi cognomento Dei timentis. BT. C.
XXIX. Coldinghame Ethelredæ reginæ & virginis. B:
XXX. Meldenſi territorio Fiacrij Eremitæ regis filij, qui Eugenio IV. patre ſuo defuncto, eadem hora præſciens ſe ad regnum vocandum, ardentibus precibus lepram impetrauit, quæ abeuntibus legatis abiuit, nec temere vllus Dei ſanctus maioribus ſignis inclaruit. ML. BT. K.
XXXI. In Northumbria Aidani Apoſtoli, Lindisfarnēſis Archiepiſcopi, qui regulam Benedictinam reformauit, & S. Heinam primam cōuentualem ſuæ patriæ monialem velauit VV. BT. Bobij Columbani & Attalæ abbatum translatio anno 1482. facta. VV.

SEPTEMBER.

I. EDimburgi Ægidij patroni. ML.
II. Gallani Abbatis. B. Carpentoracti Oronij Modeſti epiſcopi, ſancti per omnia antiſtitis. C.
III. Tulli Māſueti primi epiſcopi & Apoſtoli, qui Roma a S. Petro Apoſtolorum principe, magiſtro ſuo, eo deſtinatus, comes in via hæſit S. Clementi pontificis patruo, familiaris ſanctis Galliarum Apoſtolis Martiali Lemouicenſium, Iuliano Cenomanorum, Materno Treuirenſium, Sixto Rhemenſium, Frontoni Petragoricenſium, Memmio Catalaunorum, & magna vitæ obſeruantia populū informauit. M. P. & diem hunc gentili ſuperſtitione funeſtū lætum & auſpicatum reddidit. Peronæ Foillani abbatis trāslatio. ML In Boijs Erentrudis virginis translatio. VV.
IV. Verdæ commemoratio canonizationis Suiberti primi ſedis epiſcopi, facta præſente S. Carolo Magno a Leone III. Pontifice, ſiue, vt alij perperam ab Honorio III. Sur. Dunelmiæ Cuthberti præſulis, monachi Mailroſienſis. MA.
V. Audomaropoli Bertini Abbatis. ML. in Bauaria Althonis abbatis primi in Altomunſter & conditoris, qui miraculis plenus ibi quieuit. MA.
VI. In Scotia loco Kilbeg Begæ virginis magnorū operum, quæ Noruegiam laboribus ſuis Chriſto lucrata dicitur, vnde Noruegia, quaſi

Nor-

Norbegia.K.B.In Orcadibus Magni illatum gentium Apoſtoli & martyris,quem Scotum faciunt.K.C.

VII.In Heluetijs Raperti Sangallenſis eleuatio, qui ſcholarcha doctiſſimus,& monachus ſanctiſſimus,ibi obdormiuit.C. In Scotia Chriſtianæ virginis,& monialis,S.Margaretæ reginæ ſororis.MA.Modoci epiſcopi,& Culdei.B.B.T.

IIX. Dyſibodi epiſcopi. VV.in Kippan Moucani abbatis loci illius patroni,de quo mira narrantur.S

IX. In Scotia Querani abbatis.M.V. Ibidem Theodori Archiepiſcopi commemoratio.ML.

X. In Brabantia Orgeri epiſcopi,apoſtoli,Ruremundæ patroni. ML.in Boiaria Giſibarij presbyteri,qui a S.Rudberto in Britanniam miſſus, cum ſanctorum virorum,qui in vinea domini laborarent, ſupplemento redijt.MC. Votum & iuramentum multorum procerum Scotorũ S Palladio Apoſtolo conceptum,pro liberanda a ſeruitute factionis Anglicanæ Scotia.H.

XI.Monaſterio diuini ruris Batheni abbatis Inſula Himba reliquiarum adportatio eo,& reconditio.C.ad pontem Steruilini miraculum Duthaci,quo Angli clade ingenti fuſi.H.S.

XII.Kunialdi Auarum Apoſtoli Saltzburgi depoſitio.B.

XIII In Cathenes Adami epiſcopi & martyris, qui quod dignitatem Eccleſiæ ſuæ pie tueretur,a comite loci in ardentem furnum cõiectus, in cineres reſolutus in cœlum euolauit, rex vero Alexander II. tam indigne atrox id & impiũ facinus tulit,vt autores exquiſitiſſimis ſupplicijs ſubderet,præſenteſque & cõſentientes genitalibus exſectis priuarit,ne tam nefarij flagitij perpetratores hæredes gignerent, extant Cœleſtini IV.PP.bullæ regi,de tã inſigniter uindicata eccleſia, gratias agentis,& collaudantis,& locus martyrio vicinus Teſticulorum collis audit.S.BT.Ibidem Serlonis monachi Mailroſienſis,& martyris,qui cum præſule Adamo eadem perpeſſus.S.

XIV Kilreuli Nerii monachi Baſiliani S.Reguli comitis,quem alii preſbyterum faciunt.BT.B.

XV.Paſleti Mirini abbatis,quem nonnulli ponunt ſub Fincormacho rege ſub annum CCC LXIX.K.C.

XVI In Pichtlandia Niniani gentis illius Apoſtoli, & Candidæ Caſæ epiſcopi,cuius vita tota miraculorum ſcena eſt,& ſepulchrum Britannorum

norum Hirlandorumq; peregrinationibus frequentatiſſimum. ML.
XVII. Exaltatio S. Crucis, cuius pars Brechini aſſeruabatur. C. In Fiſa Sanctiſſimarum S. Andreæ reliquiarum in Albionem deſcenſus, quas attulit Regulus Patrenſis, vt Tabulæ Abernethæ continebãt, vbi primum depoſitæ fuere. S. Secunda Theodori Archiepiſcopi Scotiæ viſitatio. C.
XIIX. Andelovv Richardis Auguſtæ & virginis. VV. Bergis Vvinoci abbatis translatio. ML. Machliniæ Rumoldi Archiepiſcopi translatio. ML.
XIX. In Scotia Columbani epiſcopi, non Benedictini illius, ſed Canonici Regularis, qui Scotos ab errore paſcatis orientalis obſeruationis abduxit. B C. Verdæ Kortilæ epiſcopi & cõfeſſoris eleuatio. B.
XX In pictorum regno natalis Niniani epiſcopi, & apoſtoli, qui in exilium a Romanis actus. K.
XXI. Nanini confeſſoris. K. B. MC. Vvalpurgæ virginis translatio. Vvolfhard.
XXII. In Scotia Lolani epiſcopi. K. Mailroſiæ Adamnani abbatis, Scotorum epiſcopi, & Northumbriæ apoſtoli, qui eo in munere S. Aidanum prçceſſit. BT.
XXIII. Inſula Huy Adamanni abbatis. ML. In Scotia Thennani abbatis K. Rhemis Abelis Archiepiſcopi qui, Milone à Martello expulſo, S. Rigoberto ſucceſſor iungitur. T. B. Coluener.
XXIV. In Boijs Giſibarij Auarum Apoſtoli S. Rudberti diſcipuli. B. Aichſtadii Vvinibaldi abbatis translatio. VV. In Scotia Barreæ epiſcopi, & confeſſoris, MC. Iuuauiæ Rudberti Archiepiſcopi primi trãlatio. Eberhard.
XXV. In Anglia Ceolfridi abbatis, qui Scotus a quibuſdam habetur, & S. Ioannis cognomento Magiſtri ſocius, qui cum eo ex Gallia in Angliam traiecit, & vita clarus Archiepiſcopus Cãtuariæ queuit. C. In Cathenes Barri, ſeu Findbarri epiſcopi vndecunque ſanctiſſimi, qui etiam Hirlandiam prædicatione ſua illuſtrauit. B. K. Ambiani Firmini gentis Apoſtoli, epiſcopi primi, & martyris. P. hoc die Rudberti translationem nonnulli celebrant. V.
XXVI. In Scotia Englatii epiſcopi, qui crebris prædicationibus Scotiã cum maximo fructu luſtrauit. BT. B.
XXVII. Lupitæ virginis, quæ fratrem ſuum S. Patricium ad conuertendam

dam Hirlandiam properantem ſecuta,ita vixit, ut ſanctiſſimis adnumeretur. C.

XXIIX. Reconditio reliquiarum Dyſibodi in loculum marmoreum retro ſummum altare anno 1143. Dodechin. Furſæi inuentio, quarto ab obitu ipſius anno facta, & miraculis probata. VV.

XXIX. Dyſibodi reliquias reconditas quidā hoc die ponunt. VV. Saltrei ſiue Soultre Simonis abbatis primi, qui a S. Vvaltheno collocatus. S.

XXX. In Scotia Euſebii presbyteri, qui S. Andreæ reliquias in Scotiam aduectas reuerenter ſuſcepit. B. BT.

OCTOBER.

I. OOſtkerkæ Guthagoni regis filii, qui in Lotharingia ante peregrinationem Romanam ſuſceptam cum Sancta Macra ſorore ſubſtiterat, ſed Roma reuerſus, ea pro fide martyrio affecta, in Belgium contendit, & conuerſatus eſt apud Brugas in Knocke, & ſepultus apud Ooſtkerk, & domino per eum miracula faciente tranſlatus eſt per Gerardum Tornacēem epiſcopum anno 1159. ML. Ibidem Ghillonis S. Guthagoni famuli, qui a corpore domini cum eleuaretur, auelli non potuit, ut Gregorius Dominicanus curatus loci ſcribit, cuius reliquiæ in muro per cancellos ferreos in capſa collocatæ cernuntur. ML. MA. Condati in Hannonia Vvaſnulfi epiſcopi, qui uitam ſuam Deiparæ virgini penitus conſecrauit. ML.

II. Sithiu Eunochi monachi non S. Vvinoci ſocii, ſed S. Columbani diſcipuli. MC. In Franconia Arnualis ſancti patris Kiliani diſcipuli, Herbipolenſium Apoſtoli. MC.

III. Iona Inſula Eoglodii abbatis, viri Dei. C.

IV. In Buta Machillæ epiſcopi, qui S. Brigidam velauit. B. BT.

V. In Argadia Murdachi Culdei, cognomento Bardi, qui adeo feruenter beatam Dei genitricem colebat, vt imago decenter, pro more & deuotione populi, ueſtita calceum unum ei in ſignum beneuolentiæ demiſerit, quo furti deinde accuſato, & ſacrilegii, tota multitudine ſpectante, orans alterum calceum recipere ab imagine miraculoſe dilapſum meruit, quod cum a mille retro annis actum, quaſi heſternum recenti fama uiget in ea gente & recolitur. B. C. Dunkelden Maccæi S. Patricii diſcipuli. B.

VI.

VI. Failbei abbatis viſiones ſupernaturales de futuro Scotiæ ſtatu. *B.* Coloniæ & Fuldæ Mariani monachi & hiſtorici. C.B.

VII. In Pago Buxiolus depoſitio Helani presbyteri. ML.

IIX. Chalcedone celebratio Cõcilii Oecumenici. IV. cui adfuit Marcianus Auguſtus, & S. Leone papa abſente præſedit Anatolius Conſtantinopolitanus Patriarcha, & in conſeſſu DCXXX. Patrum Eutychiani condemnati, & miraculo victi, vt Vigilii Tridentini ſcriptis conſtat. Vvalciodoro Eloquii abbatis Belgarum Apoſtoli. VV. in Gallia Triduanæ virginis, quæ ardenter ad eo uirginitatis lauream affectauit, ut terreno ſuo amatori erutos miſerit oculos, quos ille laudaſſet, vt Chriſto ſponſo adhæreret illibata. K. quo viſo procus dicitur eum lachrymis ingemuiſſe, & addidiſſe.

Heu? qua lege, oculi, virgo fortiſſima, pœnam
Quam meruere mei, ſuſtinuere tui?

IX. Dumblani beati Osberti epiſcopi, rhetoris, poetæ, philoſophi & theologi, ſed eas virtutes ſanctitate vincebat, & exceſſit anno 1231. S. B. In Auſtria translatio oſſium venerabilium Colomãni regis filii, martyris, & gentis patroni. Laz. lib. x11. Com. Reip. cap. v11. ad fanum S. Andreę Turgoti epiſcopi conſecratio.

X. In Scotia Patriciani facũdiſſimi diuini verbi prẹconis, & epiſcopi. BT. *B.* Ratisbonę Mariani abbatis cognomẽto Incluſi, Scotorum monaſterii fundatoris anno 1163. Laz. Migrat. lib. v11. pag. Cccx11. B.

XI. In Scotia Kenici aut Canici abbatis, qui in Hirlandiam traiiciens, Oſſeriam incolatu ſuo beauit, a quo illa Kilkennia dicta. M. S. B. Herbipoli *B*urchardi epiſcopi ſecundi. *B.* VV.

XII. Luxouii Euſtaſii abbatis, qui cum S. Columbano magiſtro Scotiam deſerens, in Burgundia eidem ſucceſſit. C. ſcio eum a multis Gallum haberi, & forte verius.

XIII. In Auſtria Colomanni regis filii martyris. M. Lindisfarnæ Colmãni Archiepiſcopi. VV. Monaſterio Scotorum Coloniæ S. Pantaleonis inuentio Maurini martyris anno 964. Sur. In Scotia Fintanæ & Othę virginum. K. ibidem Conualli Archidiaconi abbatis ſancti Kẽtigerni diſcipuli. k. in Inſula Iona Conuallani abbatis, qui optimi regis Ferquhardi fuit prẹceptor. *C.* k. *B.*

XIV. Herbipoli Burchardi Kiliani ſucceſſoris. Egilvvard.

XV. In Scotia Colmanni epiſcopi. K. Dunfirmelini Malcolmi regis 111.

D qui

qui S.Margaretæ maritus,angeli in aula veri us, quam regis uitam duxit,tot Sanctorum parens,quot nullus orbis Chriſtiani. ML. Item Aureliæ virginis Vrſulanæ. Caniſ.

XVI. In Heluetijs depoſitio Galli abbatis. N. Tulli Eliſij regis filij & martyris. ML. In Scotia Comini abbatis. MA. Moguntiæ Lulli archiepiſcopi S.Bonifacij conſanguinei & ſucceſſoris. S.

XVII. Natalis Reguli Patrenſis,à quo fanum S. Andrea Kilreulum dictum. K. Galli abbatis translatio. N. Machliniæ Rumoldi archiepiſcopi aduentus. MA.

XIIX. In Arduenna Mononis abbatis,qui eo,Angeli monitu & ductu,e Scotia venerat. M.L. Rumoldi translatio. ML.

XIX. Epternaco monaſterio translatio VVillibrordi epiſcopi & gentis Apoſtoli. VV.

XX. In Bohæmia Adalberti epiſcopi & Apoſtoli. VV.

XXI. Teloa depoſitio VVendelini multorum cœnobiorum fundatoris, regis filij,& Germaniarum inferiorum Apoſtoli. VV. Coloniæ ad Rhenum paſſio Vrſulæ & vndecim millium cum ea virginum,magna ex parte Scotarum aut Anglarum. M. Hęc regis Scotiæ Chriſtianiſſimi filia,Angliæ regis filio deſponſata. P. & pater quidem fuit regio tantum ſanguine,non autem rex,more eo ſæculo ſolemni. Eodem die & loco Cyriaci papæ,qui in vito clero & Cardinalibus, cum S. Vrſula ad martyrij palmam contendit,ideo nomen albo pontificum eraſum. P. Ibidem Iacobi Patriarchæ Antiocheni,qui cum Romæ negotia expediret Eccleſiæ ſuæ aduęniente S. Vrſula,eam ſecutus,cum illa etiam paſſus. P. Eodem die Verenæ,Benedictæ,Luciæ, Conſtantinæ virginum & martyrum Vrſulæ comitum, item ex eodem choro Theomatæ,Cleomatæ & Chriſtiãcię Vrſulani Martyrij participum, quarum mirabilem eleuationem & tranſmigrationem habet Cæſarius Ciſtertienſis lib. 8. cap. 85. In Scotia Dariæ Matronæ admirabilis ſanctiſſimęque S. Vrſulæ matris, a qua in Hirlandia Kildaria nomẽ accepit. K. B. Lindisfarnæ Tudæ Anglorum apoſtoli, & ſedis illius archiepiſcopi. B:

XXII. Fæſulis Donati epiſcopi,qui cum peregrinus eo reliquias ſanctorum veneraturus aduenisſet,vt vrbem introijt,campanæ omnes,ſponte ſua,nullo tangente,inſonuerunt,& Eccleſiam ingreſſo,cereæ luminaque,quæ celebrandis defuncti antiſtitis exequijs præparata, per ſe

accen-

accenſæ, præſagio ſanctitatis illuxerunt. B: M. Rhotomagi Mellanij Probi Archiepiſcopi, qui a S. Stephano I. PP. eo deſtinatus, vt S. Damaſus in Pontificali loquitur, multis in via miraculis, magna ibi innocentiæ fama deceſſit. Gh. ab Angelus electus erat. P.

XXIII. In Scotia Modoci pontificis Culdei. C. BT. In Scotia Turgoti S. Margaretæ confeſſoris, Dunelmiæ prioris, S. Andreæ Epiſcopi. H. BT. S. item Turgoti Monachi Mailroſienſis. H.

XXIV. Bellouacenſi territorio Maxentiæ virginis, regis filiæ, & martyris, cuius nomen vicus ſeruat, ſanctæ Maxentiæ Pons dictus. MA. Ibidem Barbantij S. Maxentiæ famuli, & Chriſti martyris, qui pari pœna inflicta mercedem in cœlis accepit. Buklan.

XXV. In *K*unningamia a Marnoci epiſcopi Culdei, vnde loco nomen Kilmarnok. K.

XXVI. In Anglia Ceolfridi, ML. Murthlaci Beani epiſcopi primi, virtute admirabilis *K*. BT. Placentiæ Fulchij epiſcopi, qui ad illam ſedem a Ticinenſi translatus, ab infantia ipſa Dei amorem cordi ſuo impreſſit, Theologicis ſtudijs & ſcriptis maximus. Gh. Inſula Huy Albuini epiſcopi Frislarienſis primi commemoratio, qui Thuringiorum apoſtolus ibi loci exceſſit. T.

XXVII. Machliniam relatio reliquiarum Rumoldi. ML. In Hibernia Odranni presbyteri & martyris, qui S. Patricium e Scotia eo ſecutus, ab Hirlandis Idololatris pro Chriſto enectus. B. MC.

XXIIX. Meldis Faronis epiſcopi, qui S. Chilleni Scoti Atrebatenſium Apoſtoli frater. Gh. VV. Sur. B: opido Reinenſi Kuneræ virginis Vrſulanæ, quæ martyriū Hunnorum Colonienſe vitauit quidem, ſed à regina loci mantili ſtrangulata, immaculati pudoris cuſtos occubuit. ML.

XXIX. Coloniꝫ paſſio Keinneræ virginis & martyris, S. Vrſulam ſecutę, cuius reliquæ domum relatæ. K. Atrebati Vulganij presbyt. ML. B.

XXX. Foſſis monaſterio Foillani abbatis. Maurolyc. In Liſmore Tarkini epiſcopi Sodorenſis vita miraculoſi, qui Eccleſiæ Pictitę monimenta collegit, & poſteritati, regno iam deleto, tradidit, ne ſacræ memoriæ perirent. C. k.

XXXI. Foillani abbatis translatio. K. Radulf. Breda.

NOVEMBER.

I. TRanſlatio Fuldam reliquiarum Bonifacij Germaniarum apoſtoli anno 819. Facta. Franc. Pithoeus. Eodem die trãslatio reliquiarum Dyſibodi. Dodechin. In Scotia Bey virginis ſanctiſſimæ, Donaldo VI. regi familiaris. K.

II. In Kunimgã Mauræ virginis, anachoreticæ vitæ abſtinentia clariſſimæ, quæ peruenit ad S. Conſtantinum III. regem, vnde locus kilmaure. k. Lenſij ſuburbio Atrebati Vulganij confeſſoris. B: Lutetiæ in Suburbano Beati Richardi a S. Victore, qui ſanctitatem ſcriptis commendauit. Trull. In Anglia coronatio Mathildæ reginæ cognomento Bonæ, S. Malcolmi III. regis filia. H. Item Dorani epiſcopi.

III. In Scotia Englatij epiſcopi, qui Picticam haloſin vidit, & ante bellum defleuit. k. In Boijs & Auaribus Pirminij primi gentis apoſtoli. M. hic Augiæ diuitis abbas primus, infidelium conuerſioni plurimum adlaborauit, ab Augia Inſula ſerpentes fugauit, alius a Meldenſi præſule. Laz. lib. VII. Migrat. pag. ccxxxi.

IV. In Anglia Maidulphi presbyteri cognomento pædagogi, q celebre monaſteriũ Malmesburienſe fundauit. B. Dunkelden Beati Thomæ Lavvdir epiſcopi, qui pauperum pater, & orphanorum tutor dicebatur. B: S. Treueris Modeſtæ virginis & abbatiſſæ, ſororis ſancti Vvillibrordi, quæ in regimine monaſterij quod horreum dicitur, S. Irminæ Dagoberti Francorum regis filiæ ſucceſſit, miraculis inclyta. B:

V. In Marchia Scotię Sabinę S. Cuthberti auię. F. Sithiu Beati Quadanoci monachi & confeſſoris S. Vvinoci comitis & diſcipuli. B: Sur.

VI. Fauentiæ in Italia eleuatio Æmiliani epiſcopi peregrinantis, qui Roma redeundo, ibi exceſſit P. Gh. In Voromholt translatio Vvinoci. VV. In Friſia depoſitio VVillibrordi Traiectenſis pręſulis, & Apoſtoli, qui à S. Sergio PP. ſacerdos ordinatus, tũ epiſcopus, prædicatione Euangelica Germanias illuſtrat. K. F.

VII. Monaſterio ad Bruſchium amnem Scotorum Florẽtij Argentinenſis epiſcopi quarti, fundatoris, qui Rathildim Dagoberti regis filiam, a natiuitate ſurdam, cæcam, & mutam, ſanauit, auriumque, oculorũ, & linguæ vſum miraculoſe reſtituit. *M.* hoc die alij depoſitionẽ Vvillibrordi celebrant. VV.

IIX. Treueris Hildulphi archiepiſcopi, qui in Alſatia cum ſanctis Argobaſto, Florentio, & Adeodato, & Fideli Eremiticam exercuit. ML. In Scotia Marnoci confeſſoris Achaio regi chariſſimi. K. Elgini Geruadij Morauienſis epiſcopi, qui ſub Achaio rege, fœderis cum Gallia perpetuum feriendi autor fuit, & ſanctis Alcuino clemente, Rabano, & Ioanne ad S. Carolum Magnum amādatis, ipſe in Scotia ſubſtitit, vt populum verbo & exemplo inſtrueret. K. Coloniæ obitus Beati Ioannis Duns Minoritæ, qui Doctoris Subtilis nomen meritus, Theologorum ſuo æuo nulli ſecundus, Begardos verbo, Hæreticos omnes vbique gentium alios ſcripto confudit, ſummum Eccleſiæ catholicæ ornamentum, cui vigilia natalis oranti, Deipara virgo filiolum ſuum infantem dedit. Chron. Franc.

IX. Kilreuli Merinati Diaconi Culdei, Sancti Damiani frater hic pignus vnicum regni reliquias ſanctiſſimi Andreæ cum veneratione ſuſcepit, & eodem anno exceſſit. F. BT. B. In Scotia Turgoti epiſcopi Santandreani.

X. Malmesburio Ioannis cognomento magiſtri, Martyris, Aluredi regis, & liberorum in Anglia præceptoris, qui ſcriptis nobiliſſimus, puerorum graphijs, ſancti Caſſiani inſtar, confixus, diuini luminis ad tumulum radiantis fauore dignus fuit, qui lucem multis noctibus igneā indulſit. BT. B: F. H. pag. ccxli. Rhetræ in Vandalia Ioannis Magnopolitani epiſcopi, qui Chriſto adhærens, per ludibrium circunductus, manibus, pedibuſque reſciſſis, capite amputato, glorioſa morte, gentis apoſtolus, defunctus. VV.

XI. In Hautein Liuini Heliæ, & ſociorum. ML. Vencij Verani epiſcopi, ſancti Gibriani fratris. VV. F. BT. non longe Namurco Bertuini abbatis, qui Scotia, cum ſāctis Dei viris Ettone & Eloquio, egreſſus in Belgio mirifice enituit. ML. S. Coloniæ Martini Scotici monaſterij patroni, cuius hiſtoriam Herburnus Archiepiſcopus, & Richerius abbas conſcripſere. B: In Scotia Dryburgēſis Eccleſiæ dedicatio anno 1150. cum tum primum Præmonſtratenſis ordo eo veniſſet. H.

XII. In Scotia Mathani epiſcopi, quem noſtri Xantonum faciunt in Gallijs epiſcopum. K. Gandaui depoſitio Liuini Apoſtoli gentis & Archiepiſci Scotiæ. K. ML. Fauentiæ depoſitio Æmiliani peregrinantis epiſcopi, qui extra muros ad S. Clemētis ſepultus, diu ignotus latuit, donec ſui corporis gloriam, amoto ſæpius fœno, & tumuli inſtillati-

bus

bus iterato percuſſis, reuelante domino, prodidit, tum à Bernardino comite, Theodolindæ vxoris rogatu, ad ſanctę Mariæ intra muros translatus, multorum ſignorum autor, ciuitatis nobiliſſimæ patronus colitur. Gh. Maurolyc. P. acta ibi MSS. ad PP. Franciſcanos ſunt. Aberdoniæ veteri Machorij ſedis illius patroni. B:

XIII. In Scotia Deuinici epiſcopi & confeſſoris K. In Francia Kiliani presbyteri & confeſſoris. V. ML. Albiniaci Chilleni Atrebatenſium apoſtoli, qui vitrum minutim fractum, integrum pincernæ reſtituit. Gh. Sur. Pariſijs beati Roberti Venantij Archiepiſcopi Ardmacan, & Hiberniæ primatis, à natiuitate cæci, qui trium pontificum Maximorum legatus Concilio Tridentino interfuit, & Didymus alter, mirabili charitatis affectus, Hirlandos a barbarie & legum contemptu concionibus aſſiduis retraxit. C. Aneuici depoſitio Malcolmi III. regis, qui Anglorum fraude interijt. H.

XIV. In Buchania Modani epiſcopi & patroni in Fillorth Fraſe iorum patrimonio. K.

XV. Aleti in Aremoricis Machuti ſeu Maclouij pijſſimi Chriſti confeſſoris & epiſcopi, qui Gēblaci quieſcit. ML. In Scotia Mathuli epiſc. *K.* an idem? in Hibetnia Fintani cognomento Incluſi, qui gentem eam, traijciens, multis beneficijs affecit. Galeſ. Fuldæ Egeberti abbatis. B:

XVI. Dūfirmelini depoſitio Margaretæ reginę, tot SS. parētis K. ML. B. In Angliæ Mathildæ reginæ, SS. Malcolmi & Margaretæ regū filia, ſanctimonialis uelata, inde educta Henrico II. regi denupſit, & *Bona* cognomentum meruit. Sur. In Scotia Dunſtani abbatis viri vndecunque perfecti. C. Ibidem Dimai abbatis S. Sigenij diſcipuli. *B.* itē Turgoti monachi Mailroſienſis, qui Scotia beato fine obdormiuit. H.

XVII. In Glammes Terguſi pontificis & patroni, qui Conrano regi æquitatis amorem perſuaſit. K. Claraualle Melchiadis monachi, qui S. Bernardi ſocius ibi obdormiuit. B:

XIIX. Mombuli abbatis ML. In Scotia Michaelis abbatis, quem S. Malachias ſanauit, vt ſcribit S. Bernadus.

XIX. In Scotia Middani epiſcopi Culdei. K. Droſtani monachi, regis Eugenij auunculi. bT. Santannæ virginis. F. MA.

XX. In Picardia Maxentiæ virginis. *K.*

XXI. Bobij Columbani abbatis, qui Scotia egreſſus, cum Hirlandiam, Galliamque apoſtolica vita informaſſet, Lux ouio in Burgundia con-

dito,

dito;relicto in Heluetijs S.Gallo,in Italiam deſcendit, & loco ab Agilolpho Longobardorum rege impetrato,Bobium excitauit,ibique ſenectutis,& bonorũ operũ plenus requieuit. VV. In Picardia Autbodi S.Furſæi diſcipuli,neſcio an antiſtitis Cameraci?an Lauduni Clati?ML. Odiliæ Vrſulanæ.Caniſ. Romæ conſecratio VVillibrordi à S. Sergio papa,qui eum Clementem vocauit.P.F.

XXII.Bobij Columbanij Monachi, cuius vita & moriendi modus longe mirabilis.VV. Oſmannæ virginis.MA.

XXIII.In Anglia Gobbani abbatis.B.Caſtro Aniuico tranſitus Malcolmi III.regis,vt alijs viſum.H.

XXIV.In Scotia Cõgani abbatis.S.Inſula Hui Connani Abbat.B. F.

XXV.In Anglia Pandionæ virginis regis filiæ.C.B.

XXVI.Reconciliatio Scoticæ Eccleſiæ in paſcate celebrando cum Catholica Eccleſia.C.B.

XXVII.Taxandriæ Oddæ Virginis, regis filiæ, quæ ad ſepulchrum S. Lamberti videndi facultatem cum recuperaſſet, virginitatem Deo vouit,& Rhodæ patrona eſt Gh.k.

XXVIII.In Scotia Calani epiſcopi Culdei.C.BT.F.Rhodæ hoc die colunt Odam virginem,patronam.ML.

XXIX.Loquhabria Golgi abbatis.C.B.Adaman.

XXX.In Scotia Andreæ apoſtoli patroni K. M. Romæ conſecratio Bonifacij Germanorum apoſtoli a Gregorio II.papa, qui nomen Vvinfridi in Bonifacii mutauit.VV.

DECEMBER.

I. NOuiomagi Eligii epiſcopi,qui Sanctorum corpora auro & gemmis adornauit.K.in Friſia Richardi cognomento Sacriſtæ,monachi Dundranenſis B:

II. Romæ Bonifacii ordinatio.Raban. In regno Pictorum Trumvvini epiſcopi,abbatis Ebercurni,& Benedictini. VV.H.T.

III.In Scotia baptizatio Lucii regis per Timothoeum S. Pauli diſcipulum,cum Emerita ſorore.Cõſt.Fel. In Campania Galliç Treſani,Verani,Germani,fratrum.M.L. Latiniaco depoſitio Eloquii abbatis, confeſſoris,apoſtoli.VV.quem alii presbyterum tantum vocant Gh.

IV.In Belgio depoſitio Fridegandis confeſſoris. B:

V.Rhe-

V. Rhemis Orbillæ virginis. B: In Liburnia Modeſti pontificis & apoſtoli S. Bonifacii comitis. C.

VI. Aberdoniæ Nouæ Nicolai Mirenſis patroni. *K*. B: Orpii viſitatio reliquiarum Adiliæ peregrinantium Scotorum hoſpitæ, cuius fons mirabilis durat. ML.

VII. Palladij apoſtoli cum ſocijs appulſus. C. B.

IIX. Mutinæ translatio reliquiarum Peregrini regis filii, quæ Luca allatæ. B:

IX. Glentanire Leſmonis abbatis Eremitæ, vnde Leſmohago & killeſmon loca B. C. Edimburgi tranſitus Malcolmi IV. regis cognométo uirginis, qui Eccleſiaſticam dignitatem mire promouit. Chron. Chr.

X. In Scotia Crux contra hoſtes Chriſti ſumpta. C. S.

XI. In Scotia Ronnani presbyteri, à quo kilronan. B. C. F.

XII. Dedicatio Lauretanæ imaginis ad fanum S. Germani prope Setoniam. C. Dorni in Sutherland paſchaſii, qui ad S. Victorem papam a Donaldo rege miſſus orator, Doctores Chriſtianos impetrauit. B. C.

XIII. Pontini Iudoci regis filii. *M* L. conſecratio monaſterii Balmurenoch, & Almo abbati primo ceſſio. S.

XIV. In Scotia ad S. Andream Droſtani monachi. k.

XV. Conſtantiæ Ioannis epiſcopi S. Galli diſcipuli. B.

XVI. *M*urthlaci Beani epiſcopi primi. *M*. BT. In Boiis *M*arini epiſcopi, & Anniani Archidiaconi martyrum. B:

XVII. Sangalli Marcelli monachi & ſcholarchæ, ſancti Notkeri Balbuli præceptoris ſanctiſſimi. B: C.

XIIX. In Scotia Manerri epiſcopi, cuius imaginem colens rex Dongallus, ſui ſæculi principes omnes ſuperauit. k.

XIX. Brandani abbatis, qui a Mooch inuitatus, ſeptentrionis Inſulas circumiuit, & pietate imbuit. T. *K*. P.

XX. Natalis Brandaui, & in Scotiam reditus. T.

XXI. Cenomanis Hildeberti epiſcopi S. Sedulii Scoti Gręcorum epiſcopi pręceptoris. T. C.

XXII. In Scotia Ethernani epiſcopi, qui in Inſulis Scoticis natus, ſancti Columbæ diſcipulus fuit. k. VV. Abernethę ad quercum Mazotę virginis ſancti Doneualdi filiæ, quę inter alia ſanctitatis argumenta, anſeres feros, quorum ibi maxima tum copia, populari, ut ſolebant, ſegetes & ſata vetuit, nec poſthac tota ea regione anſer ullus uiſus, duratque

ratque

ratque etiam num miraculi fides. K. BT. B. In Maia translatio in chorum & collocatio Monani archidiaconi, qui cum S. Adriano & alijs, à Danis martyrium paſſus. K.

XXIII. In Scotia Onani Diaconi viri incõparabilis. C. eleuatio Mazotæ virginis. K. Eboraci beati Dauidis Douglas, qui ab Elizabetha Angla ſecuri percuſſus. C.

XXIV. In Maia martyrum reliquiarum reconditio. F. K. Turrauiæ Conuani viri in omnib. Deo placẽtis. B: Sconæ depoſitio Roberti abbatis, qui exinde trãslatus primus ſancti Andreæ prior fuit, & omnes regni abbates dignitate ſuperabat, gloriã poſt obitum miracula loquebantur, piam religioſamque vitam liber reuelationum ipſius, qui etiamnum extat, teſtatur. S.

XXV. Dunfirmelini eleuatio Malcolmi IV. regis. C. Bethelmiæ Lachlani qui ſub pictorum excidium incredibili miraculorum frequẽtia claruerat, de quo mira narrantur. B.

XXVI. Landaffæ Theliai epiſcopi, ſancti Dauidis diſcipuli, Merlini Caledonij ſocij, viri per omnia ſancti. C. B. Mombuli abbatis translationem quidam hic celebrant. C.

XXVII. In Scotia Ruthij epiſcopi S. Columbæ diſcipuli. S. BT.

XXIIX. Carcagiæ Caroli epiſcopi, qui a S. Malachia graui morbo ſanatus, & antiſtes conſecratus, vt S. Bernardus ſcribit. B: Cauæ reliquiarũ Sedulij depoſitio, & veneratio. B: an Scoti?

XXIX. In Cathenes commemoratio Oronij Modeſti, qui inde egreſſus, in Gallijs doctrina & ſanctitate floruit. B: In Scotia Hebredi presbyteri. B. C.

XXX. Bergis VVinoci abbatis translatio anno 902. Meyer.

XXXI. In Friſia natalis Richardi Sacriſtæ, qui Dundrano Scotiæ monaſterio exiens, in Anglia diu ſubſtitit, & plurimos ſacros libros exſcribens, à Deo præmium meruit, vt dextera, corpore reliquo corrupto, intacta & viuida, per multos annos, viſeretur. Gh. In Inſulis Seruani earum apoſtoli. C. B. In Cathenes Serlonis monachi & martyris, cum S. Adamo epiſcopo cremati, & reliquiæ hoc die Mailroſiã illatæ. S. B:

Vos autem ſancti, Dei amici, orate pro me miſero peccatore, & dum carnis hoc gurguſtio coerceor, & cum ſarcinam hanc mortalitatis depoſuero. Amen.

PIO INVICTO ERVDITO SCOTIAE CLERO.

O Negligentes maiores noſtros, qui virorum domi foriſque ſanctorum vel nullam vel exiguam memoriam ſcripto com miſere, aut verius, o vindicem diuinæ voluntatis manum, quæ peccatis noſtris offenſa, Eccleſiæ noſtræ ſucceſſionem, niſi interrupte, ad nos venire non eſt paſſa. Et in ijs Apoſtolicis, huius gentis viris, quos Scotos eſſe, & nos probamus, & eruditi omnes fatentur, quantum cæcutimus? Etenim cum nullum ſub cœlo regnum numeroſiores & auguſtiores reliquias haberet, hodie quid earum rerum, niſi leſſus funebris ſupereſt? manca apud peregrinos commemoratio, lenta apud noſtrates cura, nulla patrum ſollicitudo, rabioſa vicinorum inuidentia, amens, & cæcum plagiũ? Ecce, proh nefas! carẽt die natali, ſancti qui ſequũtur.

Aatha. S. Margaretæ Reginæ mater.
Alexander. R. F. In Lotharingia.
Ambianus Culdeus epiſcopus in Scotia.
Amphibalus. epiſcopus ibidem.
Anonymi & Anonymæ multi ſanctitatis præclarę, quorum certa memoria, dies incertus.
Barinthus. S. Brandani præceptor. in Scotia.
Buo Bardus. in Silueſtri Scotia ſeu Hibernia.
Buo Apoſtolus Iſlandiæ circa annum DCCCC.
Cahinnechus, Abbas in Inſulis.
Cailtanus. abbas in Sutherlandia.
Candidus ſocius S. Alcuini in Gallia.
Coganus Abbas in Scotia, & vt puto, in Marria.
Columbanus epiſcopus Longinienſis.
Chuuilda. virgo & martyr. in Bauaria.
Chromanus. epiſcopus. in Scotię montanis. i. Hibernia.
B. Claudia. vxor S. Pudentis Senatoris. Romæ.
Clemens. epiſcopus Altiſſiodorenſis.
B. Clemens epiſcopus Dumblani. S. Dominici diſcipulus.
Conleatus. Epiſcopus. S. Brigidæ coæuus.
Conuallanus. cognomento Senior. in Scotia.
Cormacus. epiſcopus in Scotia.

Cor-

Cormacus.abbas.poeta.in Argadia.
B.Cornelius Zirichzea.in Belgio.
Cummenius Albus.abbas.in Scotia.
Dicullus.abbas.S. Furſæi ſocius Peronæ.
B.Daniel Carthuſianus. Martyr. in Scotia.
Doban. S.Bonifacij ſocius.in Germania.
Donatus epiſcopus Lupijs prope Rudias.in Italia.
B.Duneus mar tyrio a Geuſijs affectus in Belgio.
Duffus. Rex in Scotia, & martyr.
Dvvina. Apoſtolus Northumbriæ.in Scotia.
Dyſignatus.Regis nepos.epiſcopus Traiecti.
Eberhardus. Epiſcopus Ratiſponæ.in Germania.
Edilvvaldus.abbas Mailros. Archiepiſcopus Lindiſſæ.
Eduardus epiſcopus Aberdoniæ. in Scotia.
B.Euanx.epiſcopus Redonum.in Gallia.
B.Gul.Elphinſton.Societatis IESV Nouitius. Romæ.
Erlulfus. Apoſtolus Islandiæ anno DCCCC.
Ernanus abbas in Buta.in Scotia.
Faſtidius.epiſcopus Pictorum.
Faucianus. epiſcopus Brechini.concilio II. Matiſconenſi in Gallia ſub rege S.Gunthranno ſubſcripſit.
Ferguſius.Comes Galvveiæ,canonicus Regularis.in Scotia.
Ferranus.epiſcopus Culdeus.in Scotia.
Fethuo.abbas.in Scotia.
Findocha.virgo.in Scotia.
Frithvvaldus.epiſcopus Candidæ Caſæ.
Gaius Martyr.in Maia Inſula.
Gailbaldus.epiſcopus.
B.Ganfredus.S. Bernardi diſcipulus & ſcriba.
Garnadus.epiſcopus.Brechini.
Giſualdus.Monachus.in Belgio.
Gualaferus.S.Rumoldi ſocius.Machliniæ.
Gillenus abbas.in Scotia.
Glacianus. Martyr in Maia.
Godelbertus.poeta celebris.in Scotia.
Gulielmus. regis filius. Eremita.in Hiſpania.

Hadrous. abbas. in Belgio.
Herebertus. Friſię Apoſtolus. S. Bonifacij collega.
Hermanus. abbas Scotorum Coloniæ.
B. Adam Hangaliſide. Carthuſianus. Perthi.
Hilvvaris. virgo. S. Odæ comes. in Belgio.
Iotha. Vrſulana. Coloniæ.
B. Ingelramus. epiſcopus Glaſcoæ.
B. Ionathas. epiſcopus Dumblanenſis. Carmelita.
Leuinus. epiſcopus Verbanus. in Italia.
Liberta. virgo. ſoror S. Eliſij. in Germania.
Lucia. cognomento de Monte R. F. in Lotharingia.
Lugadius. abbas. in Badgenoch.
Madocus. epiſcopus Culdeus. in Scotia. vnde Kilmadock
Maurus. S. Vrſulæ pater. Rex, ideſt Regis frater.
Menalochus. epiſcopus. in Belgio.
Menna. virgo. S. Eliſij comes.
Merilolanus. martyr. Rhemis in Campania.
B. Mauritius. abbas confeſſor Roberti Bruſij regis.
Nectanus. epiſcopus Aberdoniæ.
B. Osbertus. abbas de Kelſo.
Pectvvinus. epiſcopus Candidæ Caſæ.
Poſſennia. virgo. S. Gibriani ſoror. in Campania.
Promptia. virgo. ſoror eiuſdem.
B. Patricius. Martyr. in Scotia.
Potentinus. Abbas. S. Columbani diſcipulus.
Priſcus epiſcopus Culdeus. in Scotia.
Queranus. epiſcopus Culdeus. circa annum CCCIV.
Saluſtius. confeſſor. S. Dyſibodio æqualis.
Sigebertus. abbas Fuldæ. Archiepiſcopus Moguntiæ.
Tigernacus. confeſſor. S. Mariani præceptor.
Totaneus. abbas. in Iona. S. Columbæ diſcipulus.
B. Theleſinus. Merlini præceptor. Eremita.
Thomianus. epiſcopus. in Scotia.
Treſſanus. confeſſor. in Belgio.
Trumherus. conditor Ingethlingenſis cœnobij in Anglia.
Trudbertus. abbas. Boiorum Apoſt. S. Rudberti frater.

Vaſenus. Mailroſiæ abbas. In Scotia.
Vettelmus. epiſcopus Candidæ Caſæ. in Scotia.
Vvillielmus. Rex Scotiæ.

Nec hi ſoli natalibus carent apud me, & in actis S.R.E. quod ſciam, omnibus, ſed & multorum notitia me fugit aliorum, quibus temporaria hæc vita deeſt, licet æuiterna in cœlo fruantur & potiantur: & vero vbi tot illuſtrium cœnobiorum patres, vbi illorum acta, quos ex S. Andreę ſolius ſede permagno numero Diuis adſcriptos Boethius loquitur? ego non plures, quam III. eruo, vbi Dumblanenſis apud Georgium Neutonum ſancti XXIV? ergo ſolos IV. noui, ex Dunkeldenſibus ſanctis XIIX. ego longe pauciores habeo, quam quos Alexander Millus præterit indictos, quaſi notiſſimos. Glaſcoenſis Eccleſia XL. Sanctos, non epiſcopos, venerabatur, Antiſtites XI. pudet me paucitatis tam infelicis, in Sodorenſi, & Liſmorenſi ſede altæ pene mihi tenebræ, Ionam, Butam, Pomonam, Hebudes & Orcadas, quis pro dignitate tangat, aut præſumat? Bearnum, Lindiſſam, Běchorã, Scotorum colonias taceo, & pauculos mihi ſubminiſtrauit Eruditiſſimorum altrix Mailroſia, poſt Caſſinum matrem, nulli in toto orbe monaſterio ſcriptorum grauitate, aut ſanctorum meritis & numero ceſſura. Ad vltimum vbi Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani, Carmelitæ, Carthuſiani, Trinitarij, aut Bethlemitæ ſancti? cum vt ſupra docui, non minus in Scotia frequentes familias, quam vllo Europæ regno haberent, tamen in eorum actis Italos, Gallos, Hiſpanos, Belgas, Germanos, Polonos, Siculos, magna copia, & ſanctitate reperias, Scotos aut raros, aut nullos, non ſane, quod illis multos non dederit Scotia, ſed quia noſtratibus ſilentibus, monimentiſque corruptis, peregrini homines res noſtras nec curabant, nec iuuare poterãt. quid? quod ne eccleſiarum ſolemnitates, ne peregrinationũ celebritates ſuperſint, & inaudito exemplo, duplice clade premimur, patria hæreſi infecta, & ſanctorum abolito in terris honore, vt vix patrocinium, catholico ritu, implorare poſſimus. felices præ nobis ſunt Arabes, Tartari, Turcæ, Græci, adeoque ipſa rebellionis altrix Conſtantinopolis, quia licet infidelitatis contagio ibi graſſetur, monimenta tamen in tuto ſunt. Veſtrum erit ergo viri pij, veſtrum opus, inuicti catholicæ veritatis aſſertores, glorioſe ea perficere, quæ ego ieiune exorſus, delineaui rudi pœnicillio, viuidioribus à vobis obducenda colo-

coloribus,quod ſpero auidus,& afflictim à Deo, Virgine matre, & Sanctis Scotis contendo,oroque vt in dies creſcat.

Deo gloria;
Eccleſiæ ſplendor;
pijs feruor,
Scotiæ fama.
Hæreſi confuſio & propudium.

Suis locis inſerenda.

Die XXII. Aprilis.

Beati Vvillielmi epiſcopi Glaſcoẽſis,qui S.Margaretæ reginæ reliquias tranſtulit,& decenter aurea capſa collocauit.S.

Die XIX. Iunij.

Bononiæ ad D. Franciſci depoſitio Reliquiarum Bonifacij martyris, Deicolæ abbatis, Vrſulæ virginis,& martyris,cum capitibus quatuor ſociarum ipſius.B:

Die VII. Iulij.

Fano S. Andreæ Metropolitanæ Eccleſiæ conſecratio per epiſcopum loci Gulielmum Lambertonum factæ anno 1318. & eodem die & anno donatio multi cenſus eidem Eccleſiæ, per régem Robertum Bruſium bellorum Anglicanorum victorem,conceſſa.S.

Die XIV. Septembris.

Miraculoſa S. Crucis Monaſterij Edimburgẽſis fundatio, & Canonicorum Regularium ibi collocatio,nam dum rex S.Dauid eo die S. Cruci feſto venatum pergit, in denſiſſima ſilua ceruum habet obuium, qui feroci incurſu eum equo diſiectum vulnerat, & dum feræ cornu rex comprehendit,ſacram Crucis imaginem,non cornu,manu uidet, in cuius facti memoriam, S.Alvvino confeſſore & ſecretario ſuo ſuadente,eodem illo loco quo vulneratus erat,nobiliſſimum cœnobium erexit,& S.Alvvino conceſſit,priori nomine *Abergaire* abolito,S. Crucis monaſterium vocauit,ibique Angeli admonitu, ſacram eam crucem,quam ceruus in manu reliquit, felix venator, deuote collocauit. S.

Die

Die V. Aprilis.

FLorentia reparata iuſſu Caroli Magni per Gulielmum Achaij Scotorum Regis fratrem, quem Imperator Romam tendens ei operi præfecit, hic ergo & mœnia auguſtiora facta extendit, & ponte, quẽ veterem vocant, Arnum ſtrauit, & Leonem, Regibus Scotis gentilitium ſtemma, vrbis portis appoſuit, & vt Leones publice alerentur, perpetuo ſanxit. Anno 802. BT. Conſtantius Felix.

Die XI. Iulij.

Ptolemais Chriſtianis reddita per Oliuerium Scotum Saracenicæ turmæ præfectum, qui vrbem patefecit Dauidi S. VVillielmi Regis Scotorum fratri. Anno 1191. BT. Conſt. Fel.

Die 16. Auguſti.

Hoc die Alaricus, per Aemiliam, Vrbem Romam, ſub meridiem, ingreſſus, anno 411. & cum eo Scotica legio, ductu Ferguſij II. regis, qui libros multos manuſcriptos in Scotiam, prædæ partem, abſtulit exportandos, qui ætate Hectoris Boethij durabant, ſed Hæretici conſumpſerunt. BT. Claudianus de bello Getico.

Die 24. Auguſti.

Hic dies Galliæ luctuoſus, fractis ad Vernolium copijs, vbi quinque millia ceciderunt, in his Dictator Gallicorum exercituum, & duo Equitum Magiſtri, Mareſchallos vocant, Scoti numerantur, præclaro fœderis inter duo illa regna eulogio, Angli victores ad duo millia cæſi. Hiſt. Gall. anno 1405.

Hoc eodem die Scoticus Hercules, inuictus patriæ ſuæ vindex, ac veluti murus, Gulielmus VVallaſſius, a ſuis traditus, Londini diris cruciatibus enectus ac exenteratus eſt, qui fertur omnibus ſuis expeditionib. Eccleſiaſtico ordini honorem ſummum exhibuiſſe, nec vnquam monaſterium aut presbyterum, monialem ue violaſſe, ferunt etiam exẽpto corde locutum, & ſanctiſſimæ Dei genitrici animam ſuam enixe commendaſſe. H.

B. Breuiarium Scoticum,maxime Aberdonenſe.
B: Breuiarium propriæ Eccleſiæ.
M. Martyrologium Romanum, Illuſtriſs. Baronij.
MA. Martyrologium Anglicum.
MC. Martyrologium Carthuſianum. aut Caniſij, Adami Vvalaſſeris.
V. Vſuardus Caroli Magni capellanus.
VV. Arnoldus Vuion, Monachus Benedictinus.
ML. Ioannes Molanus, Theologus Louanienſis.
S. Scotichronicon. A Magno Macullone exſcriptum.
C. Collectanea Gilberti Bruni, Henrici Sinclari. &c.
BT. Hector Boethius, Hiſtoricus Scotorum.
K. Kalendarium Adami Regij, Iacobi Cheynæi. &c.
Gh. Conſtantinus Ghinius, Canonicus S. Saluatoris.
T. Ioannes Trithemius, abbas Spainhaimenſis.
P. Petrus de Natalibus. Epiſcopus Equilinus.
F. Ioannes Fordanus, aut eius continuator.
H. Raphael Holinshedus. aut Rogerus Houedenus.
N. S. Notkerus Balbulus. S. Galli Monachus.

H. Lunæ ratio ab alijs petatur.

D. Homob. Pen. pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Card. Archiepiſc. Bonon.

Imprimatur

Fr. Hier. Gottardus Caſtoldus pro Reuerendiſs. P. Inq. Bonon.

SCOTORVM SCRIPTORVM NOMENCLATVRA.

Quartum Aucta.

SANCTI. DCLXXIX. BEATI. LXXXI. PAPÆ. V. Cardinales. XIV. Patriarchæ. IV. Reges aut Regum liberi. XLVIII. Apoſtoli gẽtium. LXIII. Monaſteriorum extra Scotiam fundatores Archiepiſcopi & Epiſc. CCLVII. Abbates extra Scotiam. CXCII. Academiarum fundatores. XII. viri domi & tota paſſim Europa omnium ſcientiarum genere illuſtriſsmi. Hæretici pauculi confutantur.

Ex ſuis Hiſtoriarum lib. XIX. excerpſit.

THOMAS DEMPSTERVS BARO DE MVRESK. IC. Scotus. Profeſs. Eminens.



BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini. M.DC.XXII.

Superiorum Permiſsu.

Eximio adoleſcenti

MANFREDO

DE COMITIBVS,

Comiti, & Patritio Patauino.

THOMAS DEMPSTERVS. S.

SCOTORVM Scriptorum Nomenclaturam auctiorem & quartum iam à me editã, obſeruantiæ meæ,modeſtiæ tuæ pignus,accipe,mi Manfrede;id quidẽ mole perexiguum, ſed affectu amplũ, animoſum,te dignũ tuæq.familiæ Illuſtriſs.claritudine,quæ iam tum in *Alberto* florebat potens & viuida, cum Venetiæ venuſtiſſimum mundi emporium, Italæ libertatis præſidium condi inciperent,ac deinde à Theodoſij Senioris principatu per Gepidarum Gothorumq; furores,Exarchorum faſtus, Longobardorum immanitatem,crebras Italiæ mutationes iactata, ſerie non interrupta,viris claris fœcunda,opibus & autoritate pollẽs, per nobiliſſimas ſparſa ciuitates, & in varios diffuſa ramos, nũc viget.Et auorum memoria vigebat magnificentius in *Antonio* qui Maximiliano Cæſari,mox & Carolo V.operam ſuam inſigniter probauit,terra marique, bello iuxta ac pace, in Sereniſs. Auſtriacæ familię obſequia ſtrenuus,eoq; nomine ad Moſchos, Polonos,Belgas,Anglos,& Hiſpanos Orator. Sed hæc alij. mihi propiores cauſæ, & magis placentes,nuper enim cũ in Italiam caſu veniſſet *Iacobus Creichtonius* popularis meus adoleſcẽs illius ingenij,quod adhuc,licet eo immaturo funere abſumpto,quaſi

præſens,docti admirantur,multos quidem ſuæ virtuti fauentes inuenit,ſed ipſe operibus ſuis duos commendat præ alijs, *Laurentium Maßam* Venetum; & *Speronem Speronium* Patauinum abauum tuum:cuius non tantum patrocinij ei præſtiti officia illuſtria extant,durantque,ſed & Scotiæ commendatio, immortalis famæ ſcriptis illis ſuis,rara ingenij ſui felicitate emiſſis,maximo doctorum applauſu exceptis (non ijs quidem quæ Eccleſia ab alijs interpolata & aliena opera publicata proſcribit)non ſemel continetur,& nunc huius ſummi viri & humaniſſimi, quo neſcio,an ea ætate,maiorem Europa habuerit, memoriam Scoti colimus,& te tanti viri hæredem amamus, ad virtutem hortamur,nec lento pede veſtigijs ipſius inſiſtentem lubentes videmus, & ad pares meritorum titulos nitentem iuuamus. Nec ſane tu,Mi Manfrede,vt adoleſcentes tua ætate ſolent, aut abhorres à literis,aut diſſono clamore ſacra Muſarum adyta intempeſtiuus irrumpis,ringis,frendens arma cõcutis,cauos vmbones pulſas,ſcamna interuertis,fores cardinibus euellis, Mœnadas imitatus aut angues interpellas(quod qui crebrius inſolentiuſque præſtant,alijs elegantiores videri ſibi amentes videntur) denique nec tu lectores petulanti ſibilo cathedris eliminas,publicam ſtudiorum quietem intemperanter interrũpens, ſed aſſiduus & modeſtus auditor,qualem,Tranſalpinæ diſciplinæ aſſueti,cupimus,& V. Cl. *Robertus Sperancinius* cõmendabat, effinxeratque,& tui promittebant. Sed nolo eſſe modeſtiæ tuæ grauis,quamquã tamen & illud dicendum erat,vt alij iuuenes idem præſtarent,& tu ipſe,quam ſemel inijſti, virtutum ſemitam,non tantum ætatis hoc lubrico,ſed toto etiam vitæ decurſu;ſtrenuus indeſinenter calcares. Vale magna indole adoleſcens,& Illuſtriſ. tuos Maiores,quod facis,imitare. Bononia V. Kal.Sextileis.ipſo S.Innocentij. I. Scoti, & Romani Pontificis Optimi Maximi die. MDCXXII.

PRÆ-

PRÆFATIO.

QVINQVENNIVM *totum excurrit, mi lector, ex quo de Scotia cohoneſtanda, viriſque ſanctitate aut ſcriptis celebrioribus, famæ reſtituendis, ſerio & bona fide animum induxi, non alio ſtudio, niſi vt Dei gloriam, Eccleſiæ honorem, patriæ meæ decus, pro virili, augerem: & cum ſatis numeroſum, vt tum mihi videbatur, agmen compoſuiſſem, ac veluti in aciem eduxiſſem, Nomenclaturam nudam, adiectis vitæ officio & tempore edidi, nec alia mihi tum mens, niſi vt inſtituti mei certiores facerem populares, vbicunque locorum, domi an foris agerent, vt ipſi induſtria ſua iuuarent, & quos deeſſe ſcirent oportune ſuccenturiarentur: mouit factum Hirlandos, qui veris patriæ meæ laudibus offenſi, ſuis detractum cenſuerunt, quicquid noſtris gloriæ laudum meritorum acceſſiſſet. quid plura? armarunt ſtylum vindicem, etiam conductum, triuialiter barbarum, & Saxonicum, tum alter atque alter etiam liber famoſus, malumque carmen ab iiſdem in Scotiam & Dempſterum emiſſum. Ego interim auctiorē Nomenclaturā publici iuris bis feci, quæ adeo illos amentauit, & charitatis christianæ impotes reddidit, vt à contumelijs vulgaribus ſecedentes, ſacra Biblia, humanæ ſalutis monimentum, in maledictionem verterint, nec tamen ijs ego quippiam mali apprecor, ſed* ſaniorem mentem, & maiorem literaturam *expeto, nunc quartū Nomenclaturam emittens, quæ vereor vt eos placet, & nouo laudis ſtimulo excitet. Ego hic aperte profiteor, illas mihi contentiones diſplicere, quibus Dei honor, & propinqui fama contaminatur, ſuperiores in illo ſcriptionis genere per me erunt, nec vel millies laceſſitus reſpondebo, animalcula ſunt ignobilia, quæ tales ſtrepitus perhorreſcunt: olim ciuium meorum querimonijs aut precibus dignitatem cauſæ libello vulgato propugnaui, nunc factum nolim, non quod ea omnia non eſ-*

ſent

ſent uerißima, quæ in patriæ meæ tutelam adduxi, ſed quod Chriſtiano homini, & liberali ingenio tales concertationes plane indignas indicarim, & qui contumelijs cederet, ſuperiorem futurum augurabar; ne igitur mirere, mi lector, ſi ego calami exercitati paratique neglexerim quartum, quintum, & iam ſextum libellum famoſum in Scotiam emiſſos, aut Dempſterum, ſcito illa omnia eſſe mea cōditione indigna, & longe infra ingenij mei meritum poſita, noſti leonem lepuſculo non ſolere iraſci.

Quid autem præſtiterim hac editione procliue eſt intelligere, nam præter immenſum Sanctorum clarorumque uirorum adiectum numerum, & ex uno uolumine tria facta, multiplici authorum nouorum teſtimonio omnia confirmaui, ut qui prius S. Brigidam *exempli gratia,* S. Bonifacium, *aut B.* Ioannem Duns *Doctorem ſubtilem unius aut alterius, ut ſummum decem aut duodecim probatæ fidei ſcriptorū teſtimonio affirmare Scotos eſſe potuerim, nunc uiginti & interdum triginta, ſed & quinquaginta & ſexaginta graues autores adijcere poſſum, quos incredibili numero, maxima diligentia, nonnullo etiam ſumptu, undique conquiſiui, nec niſi diſertißimis eorum uerbis fidem adhibere uolui.*

Erunt multi neglecti, qui nominari digni fuiſſent, & alij inſerti, quos uiri pij indignos hoc ordine forſan iudicabunt, ſed ego ad utrumque reſpondeo, ſancteque DEVM teſtem inuoco, nec quemquam me de induſtria prætermiſiſſe, quem ſciebam ſcriptis celebrem, nec ullum ſine hæretici titulo adpoſuiſſe, quem intelligerem à Catholicæ Eccleſiæ unione aberraſſe, clare teſtor hic; & æterna ſalute ſequeſtra, profiteor, hæreticorum nec nomen me amare, nec famæ cauſæue fauere, & ſi erunt quidam non notati, id non animo, ſed peregrinitati meæ adſcribant, ita mihi DEVS & VIRGO MATER adſint, ut ego S. R. E. decus hoc opere promotum uolui.

Hæretici à me nominati, non quod memoria ulla dignos iudicem, quos Eccleſia, imò ipſum Dei uerbum ęternis ignominiæ & pœnarum

latebris

latebris, addixit, ſed quia non aliter perfectum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ corpus uidetur, niſi Patrum ſanctorum exemplo, piorum acta laudentur, improbi ſcelerum ſuorum pœnas luant, impietatis notati. Deinde plerique Hæretici, quorum notitia Alpes nunquam ſuperauit, tamẽ domi ſunt ſcriptis, quamquam indignis, notiſsimi, ne contagio fidelibus noceret, opus erat ſcriptoris catholici paræneſi, qui poſſet, & uellet, iuuentutem ad magna ſurgentem, & forſan nõ male erga S.R.E. affectam admonere, ne nuperum nouumque Euangelij ſemen non adoleſceret, ſed in ipſis ueluti folliculis necaretur. Hæc mens, hoc mihi propoſitum.

Deniq; habebit Scotia à calamo meo, ſi modo Deus uitam, ſanitatem, fortunaſque uberiores dilargiatur, quo ſe oſtentet, iuſtiſsimiſque elata titulis, cuicunque Europæ regno ſe componat, famæque celebritate exæquet. Interim dum à prælo reſpiro, date manum, doctiſsimi populares, & ferte opem tam egregia molienti, nec unquam, niſi cum uita, Scotiæ decus depoſituro.

D.Homob.Pęn.pro Illuſtriſ. & Reuerendiſſ.Card.Archiepiſc. Bonon.

Imprimatur

Fr.Gottardus Caſtoldus pro Reuerendiſs. P.Inq. Bonon.

SCOTORVM SCRIPTORVM Nomenclatura.

QVARTVM AVCTA ET EDITA.

Lib. I.

S. AAel. *Ap. Ab. A.* 764.
S. Adam. E. 1222.
S. Adelbertus. E. Ap. 755.
S. Adalgiſus. Ab. Ap. 651.
S. Adamannus. Ab. 797.
S. Adamannus. Ab. 670.
S. Adelarius. E. Ap. 754.
S. Adeodatus. E. 770.
S. Adhelmus. E. *Ap.* 694.
S. Adamnanus. Ab. E. *Ap.* 680
S. Abranus. P. 509.
S. Aemilianus E.
S. Aidanus. Ab. A. Ap. 651.
S. Albanus Protomartyr. 302.
S. Alcuinus. Ab. A. F. Caroli Magni prçceptor. 803.
S. Albuinus. E. *Ap.*
S. Adrianus Huenſis. E. 874.
S. Alexander. R. F. 1238.
S. Al*fredus. R.* 705.
S. Altho. Ab 750.
S. Almus. Ab. 1270.
S. Adilia virgo Scotorũ hoſpita. 540.
S. Amphibalus præceptor S. Albani. 222.
Amphibalus. E. *Ap.* 325
S. Anatolinus patriarcha Conſtantinopolis. 458.
S. Andreas Archid. 802.
S. Anmichadus. A. *M.* 1043.
S.*Annianus. Archidiac.*
S. Annualis. Ap. 697.
SS. A*nonymæ mart.* 11. SS. *Gunifortis, & Gunibaldi ſorores in Germania.* 420
S.A*ntonina Vrſulana.* 454.
S.A*gatha. R. F.* 1090.
S.A*mbianus.* E. 322
SS.A*nonymæ.vij.* S. *Donevaldi filiæ.* 716.
SS.A*nonymi multi à Danis in Inſula Maiaceſi* 874.
S.A*rbogaſtus* E. 643.
S.A*rnual.* E. 694
S.A*rnulfus.* E. 720.
S.*Aſaphus.* E. *ap.* 750.
S. A*ttala. ab.* 620.
S.A*ugulius. ap.* 361.
S. A*urelia Vrſulana.* 454.
S. A*utbodus. ab. ap.* 651.
S. A*manus.*
B. A*ctas.* 740.
B.A*dda. P. ap.* 653.
B.*Iohannes* A*bercromby. M.* 1561.
A*drianus IV. P. P.* 1159.
A*chaius. R.* 809.
Io. A*dam. M.* 1515.
A*denulfus. ab. C.* 1140.

Io. Adam. M. 1515.
Adenulfus. Ab. C. 1140
Io. Airigena. Ab. 800.
Aethelbertus. E. 800.
Aduuinus. M. 954.
Albinus. *E.* 1206.
Alcuinus. *ab.* 1141.
Alanus. *ab.* 1455.
Aldredus. A. 1066.
Alexander. E. *Morauiæ à Iulio II.* Pp. C. *deſignatus.* 1496.
Alexius. C. 1171.
Alanus *ſeu* Anticlaudianus *ab Inſulis dictus.* 1305.
Aiulfus Decan. 1182.
Io. Albus *ab.* 1600.
Aegyd. Aldanus. E. 1114.
Alexander. M. 1360.
Io. Altus. 1130.
Albertus. P. 750.
Io. Aldarus. 1041.
Alex. Aleſius. 1540.
Matth. Amarbaricenſis. 1307
Adam. *Abrenethæus.*
Alex. Anderſonus. 1540.
Amkembaldus. ab. 1198
And. Aidaus.
Patric. Anderſonus.
Alex. Anderſonus.
Gul. Alexander.
Rob. Aitonus.
Patric. Adamſonus. 1590. *H.*
Io. Adamſonus. H.
Angilbertus. E. 1000. *An* Scotus?
Anonymus. E. *Inſularum.* 1150.
Anonymus. M. 591.
Anonymus Poeta. 750. *quadam eius Claudiano data.*
Anonymus poeta Græcus. 1590.
Anonymus. hiſtoricus de Regibus Scotis. 1280.
Anonymus. poeta. Robertus *Baſtonus creditus.* 1315.
Anonymus. M. poeta. 999.
Anonymus. poeta. 1570.
Anonymus. poeta. 1587.
Anonymus. *poeta.* 1551
Anonymus Criticus. 1451.
Anonymus. hiſtoricus. 1589.
Anonymus Politicus. 1534.
Anonymus Geographus. 1551.
Anonymus Theologus. 1572.
Anonymus. *poeta Iac.* Sannazarij *æmulus.* 1490.
Anonymus. hiſtoricus. 1601.
Anonymus Autor Itinerarij Antonini. Aug. 450.
Iac. Annandæus. 1576.
Arnaldus. E. 1160
Arnaldus. ab. 1183.
Arnulfus. ab. 1180.
Apocriſiarius. *M.* 1221.
Malcol. Ardes. 1294.
Artuillus. 720.
Rob. Archibaldus. 1477.
Atquauanus. M. 606.
Henric. Auiellus *Rector Academiæ Bononiæ &* Medicinæ *profeſ.* 1279
Tho. Auguſtinus. 1571
Tho. Auguſtinus. 1599.
Henric. Anderſonus.
Adam. Anderſonus.
Gul. AresKinus. *Adoleſcentes ad magna nati, ſi fidem catholicam*

amplecti, quam hæreſi adhærere cuperent.
Arl*aus.H.*1561.

Lib. II.

s. B*Aldredus.E.*606.
*S.Barbantius.*792.
s.B*arnitus.*P.658.
s.B*arrus.qui & Findbarrus.* E.*in Hibernia non fuit.*709.
s.B*arinthus.*P.
s.B*arrea.*E.
s.B*athenus.ab.*606.
s.Be*anus.*E.1040.
s.Be*atus.*P.*ap.*S.P*etri diſcipulus.* 100.
s.Be*ga.*
s.*Berectus.M.*
s.B*enignus.*P.633.
s.B*enedicta Vrſulana.*454.
s.B*ertinus.ab.*698.
s.B*ertuinus.ab.ap.*651
s.*Berthamus.*E.839
s.*Bey.virgo.*896.
s.*Bigitanus.*E.664.
s.B*laanus.*E.1010.
s B*lanus.*E.446.
s.B*oiſilus.ab.*643
s.B*onifacius.*E.A.*ap.*755.
s.B*onifacius.dictus Quiritinus.* P.P.620
s.B*othanus.*E.
s.*Brendanus.ab.ap.*612.
s.*Brendanus.ab.*1066.
s.*Brigida.*518.
s.B*rigida.*802
s.B*uo.*B*ardus dictus.*792.
s.B*uo.ap.*890.
s.B*urchardus.*E.791.
B.D*a.Betonus.A.*C.1546.
B.*Bernardus cognomento Sapiens.* A.P*atriarcha.*1095.
B.B*etta.*P.*ap.*653.
*B.Io.*B*la*K*.M.*1562.
*B.*B*odeca.E.*1031
B.B*rixius.*E.1222.
*Gul.Balce.*1486.
*Ignat.*B*alfour.*1588
*Io.Baruic*K*anus.M.*1340.
B*ardi.a fundato pæne regno* P*hiloſophi.*
A*lan.Ballantinus.*1560.
*Vvalter.de Baltrodi.*E.1270.
A*lex.*B*arclay.*M.1552.
*Iac.*B*allantinus.*1550.
*Iac.Baſſantinus.*1564.
*Gul.*B*arclay.*1611.
Io. B*arclay.* S*coto patre natus.* 1620.
*Gul.*B*arclay.*
Rob.Balforeus.
Tho.Barclay.
Io.Barclay.
*Gul.*B*ellendenus.*
*Bertramus.prior.*1188.
Tho.de B*arry.*1340.
*Gul.*B*ec*K*ley.M.*1438.
*Gul.*B*enyng.ab.*1188.
*Alex.*B*etonus.*
*Iac.Betonus.*A.1603.
B*eliſarius.*440.

*Berenguiddus.P.*1446.
*Tho.Bicarton.*1594.
Adam.*Blacater.*1319.
*Bernardus.ab.*870.
Adam.Blunt.*M.*1317.
Alex.*Bodius.*1582.
*Rob.Bodius.*1613.
*Duncan.Bornettus.*1620.
*Io.Blarus.P.*1300.
Samuel *Beulamius*.640.
Hugo de Benhyem.E.
*Hect.*Boethius.*P.*1520.
Arthur.*Boethius.*1520
*Gil.Brounus.ab.*1612.
*Richard.Brounus.*1615.
*Io.*Brounus.*M.*
*Iac.*Brounus. *Decan.*1520.
Stephan.Brounus.*M.*1340.
*Georg.*Blakuodæus.1571.
*Henric.*Blakuodæus.1614.
Adam.Blakuodæus.1613.
*Bricmorus.M.*1382.
*Gregor.Bridlinton.M.*1217.
*Gul.Bruſius.*1479.
*Doctor Bruſius.*1605.
Robert. Bruſius.*H.*
*Georg.*Buchananus. *H.*1582.
Bundeuica.*R.*102.
*Gil.*Burnatus.
*Rob.*Balcanqual. *H.*
*Gualter.*Ballantinus.
*Rob.*Baronius.
Alex.Bodius.
*Iac.*Blarus.
*Rob.*Blarus.
Andr.*Bruſius.*

Petrus Bruſius, *niſi pauculis ſcriptis, mihi non cogniti, ac vereor, quod nolim, ne erectam indolem hæreſis detorſerit.*

Lib. III.

S. CAducanus. *E.*1225.
S.*Cahinnechus. M.*556.
S.*Cailtanus.ab.*606.
S.*Calanus.*E.358.
S.*Canicns.ab.*
S.*Carolus.*E.1100.
S.*Cataldus.*E.361.
S.*Catanus.*E.460.
S.*Carnocus.*E.358.
S.*Cedda.*E.A.*ap.*671.
S.*Cellach.*E.658.
S.*Celſus.P.*1100.
S.*Ceolfridus.ab.*724.
S.*Chillenus.*M.*ap.*640.
S.*Chriſtiana.R.F.*1070.
S.*Chromanus.*E.660.
S.*Chromanus.P.* 660.
S.*Chroniacus.E.*664.
S.*Chunialdus.P.*620.
S.*Chilianus.E. vide* Kilian.
S.*Chriſtianus.ab.*1179.
S.*Ceuillo E.*827.
S.*Cibtacus.E.*640.
S.*Clarus.P.R.F.*600.
S.*Coelius* Sedulius. *E. cognomento Dei amans.* 440.
S. *Claudius.6.fundator* Academiæ *Pariſienſis.*700.
S.*Colmannus.* E.680.

S.Chu-

s. *Chuuilda virgo*.734.
s. *Colmannus*.M.697.
s. *Colmannus*.ab.
s. *Colmannus*.R.F.ap.958.
s. *Coganus*.ab.800.
s. *Colonatus*.M.697.
s. *Columbanus*.ab.ap.530.
s. *Columbanus*.M. Bobij obijt. 539.
s. *Columbanus*.E.664.
s. *Columbanus*.ab.597.
s. *Columbanus*.M.*Recluſus*.
s. *Columbanus*.E.*Longinien*.
s. *Columba*.P.ab. 606. *hic ortu Hibernus* xxx. *annis hæſit in Scotia*.
s. *Comus*.ab.606.
s. *Colmocus*.E.1010.
s. *Comogellus*.ab.xx. *Decemb*.
s. *Congellus*.ab 681.
s. *Conganus*.ab.880.
s. *Cominus*.ab.606.
s. *Conuinus*.Erem.876.
s. *Coluallanus* Senior.ab.396.
s. *Conuallanus*.ab.664.
s. *Conuanus*.ab.664.
s. *Conſtantinus*. *R.Vuallorum.in Scotia M.vixit & obijt*.578.
s. *Conſtantinus*.III.R.943.
s. *Conſtantia Vrſulana*.454.
s. *Congallus*.ab. 1113.
s. *Colmus*.E.*Orcadum*.1010.
s. *Conleatus*.E.631.
s. *Cominus*.M.666.
s. *Conuallus*.Archidiac.606.
s. *Cormacus*.ab 600.
s. *Cormacus*.E.1041.

s. *Corbicanus*.M.651.
s. *Cormanus*.P.ap.630.
s. *Cummeneus* Albus.M.620.
s. *Cuthbertus*.E.688.
s. *Cyriacus*.P.P.454.
B. *Candidus*.P.ap.*domum a* S. Bonifacio *remiſſus obijt in Mailros*. 790.
B. *Claudia*. s. *Pudentis Senatoris vxor. Timothei, Nouati, Praxedis, & Pudentianæ Sanctorũ mater. s. Petri hoſpita*.91.
B. *Clemens*.M.*Dominicanus Dumblani, non Dublini*.E.1256.
B. *Clemens*.P.Academiæ *Ticinenſis fundator*.796.
B. *Cornelius à ZirichZea*.M.*neſcio an* Batauus.1447.
Simon de Cramonda Patriarcha Cõſtantinop.1379.
Ioan.Campus Bellus.1260.
Clemens VI.P.P.e ſanguine ss. *Malcolmi & Margaretæ Regum*.
Claudius Clemens.E.815.
Clemens.P.750.
Gul.Chyſolmus.E.
Benedict.*Chelidonius*.ab.1519.
Clemens.M.1158.
Chryſoſt.Campus Bellus.M.
Candidus.M.1158.
Chriſtianus.E.1177.
Iacob.Cadanus.1612.
Iac.Cheynaus.P.1601.
Dau.Chalmer.1572.
Da.Chalmer.P.
Io.Cambron.H.

*Io.*Carmichel.*H.*
*Tho.*Carngillus.1604.
*Ludou.*Cerleon.1361.
Cogitoſus.510.
Cæleſtinus.ab.1234.
Columbanus poeta.801.
*Alex.*Cocburnus.1571
Alex.Cocburnus.1503.
*Patric.*Cocburnus.1552.
Cornelius.cognomento Hibernicus, quia natus in Mōtanis Scot.1165
Corouanus ex Bardorum genere, primus poetarum vulgarium, quorū certa ſit memoria.600.
Richard.Corueil.Archid. 1411.
*Io.*Coluillus.1607.
Conrædus Ruffi.M.1319.
*Tho.*Colyngam.*M.*1387.
Georg.Conæus.
*Tho.*Cragius.1606
Alex.Cragius.1614.
Da.Cranſtoun.inter fundatores Lycæi Montani Pariſ.habetur.1502
Gilbert.Crabbe.1520.
Rob.Creÿthius.M. 1447.
Iac.Crichtonius.1581.
Guil.Crichtonius.P.1616.
Georg. Chrichtonius. 1611.
Andreas Chrichtonius.P.
Io.Currar.1270.
Andreas Currar.1614.
Culdei. ſacerdotes ſic dicti e quibus epiſcopi electi primitiua apud nos eccleſia vſque ad 1200.
Io.Cuminus. A. C.primus principum purpuratorum quibus trans Alpes reſidere permiſſum.1212.
Gul.Cuperus.H.1620.
Henr.Charteris.
Alex.Cragius.
Io.Cornuallus. adoleſcentes magnæ ſpei, ſi praua domi educatio non vetaret. Cæterum mihi ignoti.

Lib. IV.

S. DAuid. E. Meneuenſis. ap. Vvallorum.601.
S.Dauid. E.Banchorenſis S.Henrico Imp.a confeſſione.1120.
S.Dauid.R.1103.
S.Damianus.E.664.
S.Damianus.P.332.
S.Dagamus.E.599.
S.Daria.S.Vrſulæ mater.433
S.Dardulacha virgo.
S.Deuinicus.E.887.
S.Dicullus.ab.650.
S.Dicullus.Eremita.689.
S.Dimaus.E.664.
S.Domitius.ab.606.
S.Donatus.E.Lupienſis.aut Roccenſis.361.
S.Donatus.M.ap.697.
S.Donatus.E.Fæſul.801.
S.Donanus.ab.640.
S.Donewaldus.conf. 717.
S.Donortius.E.1040
S.Doranus.E.11.Nouemb.
S.Droſtanus.M.R.F.606.
S.Deicola.ab.590.
S.Duffus.R.968.
S.Dunſtanus.ab.606.

S. Duthacus. E. 807.
S. Dvvina. E. ap. 653.
S. Dympna. patris ſui inceſti & idololatræ libidinem fugiens in Scotia latuit. 720.
S. Dyſibodius. ab. E. 664.
S. Dyſignatus. E. Ducis Dalenſis ex filia regis Scotiæ filius. 512.
S. Georg. Dureius ab. 1560.
B. Daniel. M. 1559. martyr.
B. Doban. E. Trehetenſis. 1. S. Bonifacij ſocius. 751.
B. Dudoco. E. 1031.
B. Gauin. Dumbar. E. 1524.
B. Dau. Duglas. Martyr. 1575.
B. Gotofred. Duneus. Academiæ Pariſienſis Rector, P. & Martyr à Geuſiis. 1572.
B. Io. Duns. M. ſanctitate pollens. Cratepol. pag. XCI. ſanctiſſime vixit. Iac. Breullius li. II. Antiq. Pariſ. pag. DXXIV. B. virgo ei filium nocte natali in vlnas dedit. Chronic. ordin. Franc. 1308.
Dauid P. 1120.
Dauid. ab. 1475.
Dauid. E. 1281.
Gul. Dauidſonus. 1554.
Io. Dauidſonus. H. 1561.
Michael Dirleton. M. 1445.
Donatus. M. 1158.
Deiranus. M. 1547.
Gul. Dempſterus. 1308.
Georg. Dempſterus. 1491.
Io. Dempſterus. 1559
Gualt. Donaldſon.
Io. Dazellus. 1619
Da. Drummondus.
Ioſeph. Drummondus.
Dornadilla. R. ante aſſerto rem humani generis natum regnabat annis 219.
Donaldus. ab. 1385.
Finlac. Dikenſon. 1509.
Patric. Dryburgenſis. M. 1330.
Druydes a fundato regno in Scotia reſederunt.
Tho. de Dundran. ab. 1439. Elector PP. in concilio Conſtantiæ.
Io. Duglas. H. 1560.
Andr. Duncanus.
Marc. Duncanus.
Gul. Duncanus.
Io. Duræus. P. 1579.
Georg. Dundas. 1520.
Io. Dumbar. 1591.
Da. Douglas. 1522.
Dunfirmelini Chronicon. 1460.
Ioſeph. Dundranenſis. M. 1291.
Io. Dumbar.
Gauin. Duglas. E. 1521.
Georg. Duglas.
Alex. Douglas.
Gul. Drummond.
Da. Dikſon.
Henric. Danskin.
Io. Dvvrvvard. Literatura nobiles, vtinam, & pietate, praua inſtitutione abdicata, quam vereor ne cum lacte hauſerint.

S.EAta.ab.E.ap.A.686.
S.Ealredus.ab.1116.
S.Ebba.R.Angliæ.in Scotia Monaſterio Goldingam.ab.vixit & obÿt.860.
s.Eberhardus.E.ap.675.
s.Edanus.E.ap.Aidanus.
s.Emerita. virgo.s.Lucÿ R. ſoror.174.
s.Echarius.E.361.
s.Ediltrudis.R.Northumbriæ obÿt & vixit in Scotia.679.
s.Edmundus.M.R.F.1092.
s.Edilvvardus.E.ab.A.698.
s.Eduardus.E.1157.
s.Egbertus.ab.ap.700.
s.Egbertus.ab.1048.
s.Elias.ab.Helias.idem.
s.Eligius.E.657.
s.Eliphius.R.F.cum XXXII.ſocÿs martyr.ap.350.
s.Eloquius.ab.ap.651.
s.Englatius.E.1010.
s.Eoglodius.ab.606.
s.Emilianus.E.
s.Erentrudis.abbatiſſa.624.
s.Erlulfus.E.877
s.Ernanus.P.ab.606.
s.Erthadus.E.933.
s.Ervvaldus.E.ap.680.
s.Ernulphus.ap.890.
s.Ethbinus.M.610.
s.Erenaus.ab.567.
s.Ethelreda.R.600.
s.Etto.ap.651.
s.Euchinus.E.534.
s.Ethernanus.ab.E.606.
s.Eunocus.ab.606.
s.Euſebius.P.369.
s.Euſebius M.cognomento Incluſus.Conſtantiæ.
s.Euſtaſius.ab.624.
s. Edilvvaldus famulus s. Cuthberti. 688. neſcio an idem S. Edilvvardus?
Euerardus.ab.I.Halutcuſtran.1140
B.Eadmerus.M.E.1121
B.Egredus.E.842.
B.Euanx Marbodus.E.1123.
B.Gul.Elfinſtoun.Nouitius Societatis Ieſu.Platus.lib.I.cap.XXXI.
B.Eremita quidam S.virginis Lauretanæ imaginem in Scotiam detulit, & Muſſilburgi locauit, miraculis glorioſam.1498.
Eluanus Auallonius.171.
Eginhartus.idem qui Kineardus.
Io.Eldmair.1501
Gul.Elfinſtonus.E.1480.
Iac.Elfinſtonus.P.
Raph.Eclinus.1581.
Iacobus Eclinus.1612.
Da.Eclinus.
Georg.Egliſemius.
Eugenius.ab.1197.
Elias ab.1223.
Elias.ab.1306.
Edmundus.ab.1494.
Euſtathius.ab.1216.
Ernulfus.ab.1188.

Ernal-

*Erualdus.ab.*1188.
*Ethodius.I.R.*196.
*Erueus.M.*1300.
*Euenus.III.R.*15.
Tho. *Euatus.*1551.

Lib. VI.

S. FAghna. E. xxiv. *Aug.*
S. *Failbeus.ab* 620.
S. *Faſtidius. E.*440.
S. *Faro.* E.620.
S. Fauſtus. E.409
S. Perranus. E.358.
S. *Fethuo.ab.*606
S. *Fiacrius.* Eremita. *R. F. in Galliјs cum ſorore* S. *Syra obijt.* 632.
*S. Fidelis. M.*663
S. Fincana. Eremita. *virgo cum. iix. ſororibus.*721.
S. Finianus. E. xxiij. Febr.
*S. Finnanus. E. ap.*661.
S. Findbarrus. idem Barrus.
S. Findocha virgo. 526.
S. Fintana. 526.
S. *Fintanus. Prior.*973.
S. *Fintenus. ab.*582.
S. *Flaccus. idem* Alcuinus.
S. *Florentius. R. F. extat vita cap. xix. comprehenſa.*
S. Firminus. E. *ap.*300.
S. Florentius. E 675
S. Foillanus 650.
*S. Forannanus. F.*882.
S. Fothadus. E.981.
S. Fothadus. E.1010.
*S. Fridolinus. ab. ap. R. F.*560.
S. *Foillanus. M.*633. S. *Liuini ſocius, eum ſepelijt.*
S. *Faucianus.* E. 596.
S. Fridegandis ab. ap 650.
*S. Frithvvald. E.*764.
*S. Fulco. E.*1230.
*S. Furſaus. ab. ap.*650.
B. *Fentria Toparcha martyr.*
B. *Forbaſſus.* Capucinus *circumfertur vita cum titulo alter* Alexis.
B. *Frãciſcus. SS. Trinitatis* M. *martyr.*1560.
Rogerus de Fedic. 1182.
Rob. de Fedic. 1182.
Iac. Flaminius. 1602
Forbaſsus. H.
Io. Forbaſſus.
*Io. Ferrerius.*1530.
*Gul. Foular.*1614.
Tho. Forbaſſus.1502.
Iac. Forbaſſus.
*Io. Fogus. M.*1450.
Andr. Forman. E. A.1521
Elias Fordan. M.1446.
Io. Fordanus. 1210.
Fordani Continuator. 1492.
Gul. Fraſerius. E.1286.
*Foillanus. ab.*1061.
*Io. Fraſerius.*1609.
Ferguſius. I. R. ante natum Chriſtum. *ann.*318.
*Ferguſius. II. R.*440.
*Ferguſtus. E.*723.
*Fridericus.*1501.

Fugetius.M.1171.
Fulgentius.211.
Iac.Fairly.H.

Lib. VII.

S.GAilbaldus.E.ap.780.
s.Gaius.P.martyr.874.
s.Gallanus.ab.606.
s.Gallo.ap M.697.
s.Gallus.ab.ap.640.
s.Gerebernus.P.720.
s.Gero.ab.A.980.
s.Germanus.P.509.
s.Geruadius.E.Brechin.818.
s.Garnadus.E.Morau.812.
s.Gibrianus.P.509.
s.Gilbertus.Archid.E.1178.
s.Gillo.conf.229.
s.Gildas Quartus.829.
s.Gillenus.M.ab.570.
s.Giſibarius.P.630.
s.Glacianus.E.874.martyr.
s.Giſualdus conf.664.
s.Glodianus.P.874.martyr.
s.Gobbanus.ab.650.
s.Godelbertus.P.500.
s.Godricus.Eremita.E.1110.
s.Golgus.ab.606.
s.Golueneus.E.606.
s.Gelaſius.P.369.
s.Gereſina.R.Siciliæ.s.Vrſulæ matertera.450.
s.Grundibertus.E.martyr.
s.Gualaferus.E.779.
s.Gualterus.ab.E.R.F.1170.
s.Guinothus.E.877.
s.Guthagonus.R.F.ap.229.
s.Gunefortis.martyr.420.
s.Gunebaldus.martyr.420.
s.Gulielmus.R.F.Eremi in Hiſpania, non longe Madrito incola. durat locus, & a Scotis poſſidetur.
s.Guidulfus.conf.229.
B.Ganfredus.S.Bernardi amanuenſis.1160.
B.Gaufridus.ab.1175.
B.Io.Graius.M.Franciſcanus martyr Bruxellis.1550.
B.Guido.ab.1219.
Alex.Gallouidianus.P.1512.
Io.Gellius.1609.
Io.Gellius.1596.
Gerardus.ab.1242.
Gildas Aldanus E.1110.
Gregorius.ab.1207.
Gilbertus.E.Chartophylax cognomento.1254.
Gosfridus.ab.1128.
Gul.Gregorius.M.1500.
Tho.Graius.M.Franciſcan.obijt. CXXXVII.ætatis anno.1615.
Io.Graius.M.1503.
Patric.Baro Graius.1613.
Guillamus.M.1543.
Gislebertus.M.811.
Goſcelinus.E.1181.
Gulielmus.M.1209.
Simon Graimus.M.1613.
Rob.Graimus.M.1320.
Rob.Graimus.
Pet.Goldmannus.

Ber-

Bernard. Gordonus. 1492.
Iac. Gordonus. P. 1620.
Iac. Gordonus. P.
Io. Gordonus. H.
Patric. Gordonus.
Gregorius. E. Roſſenſ. 1195
Gulielmus. M. 1321. exul.
Gilbertus. ab. 1200.
Io. Gryſonius. M. vltimus in Scotia Dominicanorum prouincial. 1562
Da. Guthræus. 1520.
Patric. Grynæus. P.
Iac. Glegius.

Lib. IIX.

S. Hadrons. P. 882
s. Hadrianus. E. 874
s. Stephan. Hardingus Ciſtertienſis ordinis reformator & auth. 1147.
s. Harruchus. ab. E. 831.
s. Hebredus. P. 600.
s. Helanus. P. 509
s. Helias. cognomento Solitarius. ab. 1027.
s. Helias. E. 633.
s. Hermannus. P. 662.
s. Hermannus. M. A. 1060.
s. Herebertus. ap. E. 780
s. Hiero. P. ap. 856
s. Higbaldus. ab. A. 803.
s. Hildulfus. A. 679.
s. Hildebertus. A. 400.
s Hilvvaris. virgo. 516
s. Hugo. Prior. 1269.
s. Hymelinus. M. conf. 774.
B. Herebertus. E. 1164.
s. Hillebertus. Prior. 1172.
B. Io. Hamiltonus. A. martyr. vij. Apr. 1571.
B. Io. Hamiltonus. P. obijt in turre Londinenſe. 1609.
B. Adam Hangaliſide. M. 1460.
Georg. Hayus.
Samſon Hayus. M. 1504
Gul. Hayus. 1562
Gul. Hayus. 1591.
Edmund. Hayus. P. 1594.
Io. Hayus. P. 1598
Franc. Hamiltonus. ab. 1595.
Io. Hamiltonus. 1576.
Io. Hamiltonus. 1561.
Archib. Hamiltonus. 1581.
Alex. Hamiltonus. 1576.
Archib. Hamiltonus. 1593. P.
Patric. Hamiltonus. H. 1528.
Hartmannus. M. 670.
Nic. Hebron. M. 1552.
Georg. Hepburn. 1499.
Io. Hepburn. prior. 1501
Iac. Bonauent. Hepburn. M. 1620.
Io. Hakerſtoun. 1615.
Gul. Hegatus.
Henricus. prior. 1493.
Henricus. Cæcus. 1310.
Tho. Henderſon.
Iac. Henderſon. 1547.
Eduard. Henderſon. IC. 1554.
Eduard. Henderſon. F. 1574.
Alban. Hillus. 1211.
Rob. Hillus. 1604.
Gilb. Hunt. M. 1343.

Hugo.E.1182.
Hugo.ab.1188.
Heruæus.E.1010.
Hunibertus.730.
Iac.Haldenſtoun.prior.1443
Honorius.*M*.1451.
Henricus.prior.1493.
Hugo.M.1341
Da. Humæus.
Alex.Humæus.
Patric.Humæus. Pulvvartius di-ctus Scoticus Pindarus.1612.
Gualter.Hirdæus.1600
Tho. Hopæus.H.
Rob. Houæus.
Theodor.Hayus.
Iac.Halyday. *neſcio an puri a* Cal-*uiniano contagio,ego ſane optem.*

Lib. IX.

S.INnocentius.*I.P.P.*417.
S.Iacobus *patriarcha* Antio-*chenus martyr*.454.
*S.*Ioannes.*Martyr*.883
*S.*Ioannes.E.*ap*.A.771.
S.Ioannes.*E*.*Conſtant*.660.
*S.*Ioannes.E.*Magnopolens*.1060.
*S.*Ioannes.*E.Dunkeld*.1188.
*S.*Ionas.630.
S.Inanus.*conf*.839.
*S.*Iotha.*Vrſulana*.454.
S.Iſingerus.E.830.
SS.*Incerti Martyres à Danis in Ma-ia* Inſula *caſi*.874.
*S.*Iudocus *ap.R.F*.683.

*B.*Ingenocus.*M*.698
B.Ionathas.E.1209
B.Iſrael.E.S.Brunonis.A. Coloniē. *præceptor*.937.
B.Ioannes *cognomento* Ieiunator. 1529.
B.Ingelramus.*archid*.1164.
*B.*Ioannes Ihonſton Soc. Ieſu *vene-nò ab* Hæreticis *Viennæ enectus*. 1604.
*B.*Incerto *nomine ſacerdos cum ſa-cris veſtibus ab ara ad furcam du-ctus expirauit in platea*.1562
Iacobus.I.*R*.1436.
Iacobus.II.R.1460.
Iacobus IV.R.1513.
Iacobus *V.R*.1542.
Iacobus.*V*I.*R*.
Ioſina.*R. ante natum* Saluatorem *ann*.137.
Incertus *auctor libri vtriuſque* Im-*perij notitiæ*.440.
Bonauent.Irlandus.1590.
Eutychius Irlandus.1591.
*Gul.*Iordanus.*M*.1350
Alex.Irvvin.P.1377.
Georg.Innes.*M*.1413.
Incertus *poeta*.1589.
Incertus *poeta*.1473.
Incertus Theologus.1612.
Incertus Criticus *Ouidium illu-ſtrauit*.
Incertus Criticus *Statium caſtiga-uit.in Bibli*.Reg.
Incertus.*Politicus*.1561.
Ioannes.*E.Claſcuens*.1180.

Ioan-

*Ioannes.E.*Cand.*Caſæ.*1195.
*Ioannes.ab.*1252.
*Ioannes.ab.*1253.
*Ioannes.ab.*1336
*Ioannes.ab.*1461.
*Ioannes.M.*1158
Ioannes. M.1537
*Ingeramus.E.*1440.
*Iſaac.M.*1158
*Iohel.ab.*1298.
*Imarus.ab.*1400.
Alex.*Ingliſius.*1604
*Io.Irlandus.P.*1480
Gilb.Iacchæus.
*Ioffredus.ab.*811
Petr.*Iunius Eques.*
Patric.*Iunius.*
Rob.Iunius.
*Io.Ihonſtonus.*1617.
Rob.*Ihonſtonus.*
Artur.*Ihonſtanus.*
*Iacob.Ihonſtaun.*1604.
Andreas Iunius.
Patric.*Ihonſtonus.*

Lib. X.

S.K*Anicus.ab.*
S.*Kennethus.E.*442.
s.Kenneira *Vrſulana.*454.
s.Kennotha.*virgo.*1007.
s.Kentigernus.*ab.*E.*ap.*R.*F.*566.
s.Kentilla.E.910.
s.*Kilianus.ap.E.*697.
s.Kilianus.P.633.
s.Keuinus.*ab.III.Iunij.*
s.*Kieranus.*
s.Kirianus.E.*martyr.*
ss.*Koldingamenſes virgines marty-res.*860.
s.Kortila.Rortila *idem.*
s.*Kunialdus.*P.620.
s.Kunera.*Vrſulana.*454.
s.*Kunigundis.Vrſulana.*454
s.Kundakar.*M.martyr.*755.
B.*Quintin.*Kennedius.*ab.inuictus fidei aſſertor.*1564.
B.Kineardus.*male* Eginhartus.*ab.* 801.
Kennethus.*III.*R.856
Kinnatillus.*R.*880.
Kilianus.*IC.primus* Bononiæ *ius docuit.*1090.
*Iac.*Kennedius.*A.*1466
Io.kuningham.*M.*1399.
*Io.*Knoxus *H.* Orci Satrapa. *virus Geneuæ hauſtum malo multorum in patria vomuit.*1572.
*Paul.*krek. *H.* in Scotiam e patria *ſua Anglia clam irrumpens, flamma luit vindice noxam.*1433.
*Iac.*de kelſo.*M.*1475.
kilvvinninus.*M.*1475.
Rob.*Kethus.ab.*1551.
*Da.*kineardus.P.
Da.*Kynalochus.*1618.
*Iac.*klelandus.1606.
Patric.*Kynalochus.*
Andreas ker.
Samuel Kello.*hi tres locũ nõ inuenirent, niſi ſperarem hæreſi depoſita ad* Eccleſiam *redituros.*

Lib. XI.

S. L Achlanus.
S. Lauſtranus. E. 20. Martij
S. Lacinus. E. 20. Martij.
S. Leuinus. cognomento Senior. E.
S. Libertus. martyr. 883. an forte Belga?
S. Liberta virgo. 229.
S. Liuinus. A. ap. 633.
S. Laurentius. P. S. Gregorij P. P. V. Comes. 995
S. Lolanus. E. 1039.
S. Leſmo. ab. 731.
S. Lucia Vrſulana. 454.
S. Lucia. cognomento de Monte. vita extat.
S. Lugadius. ab. 606.
S. Lullus. ab. A. 782.
S. Lupita. virgo. 492.
B. Ladilandiæ Toparcha. Ailzenæ martyr.
B. Tho. Lauder. E. 1481
Andr. Lecha. M. 1561.
Tho. Leirmonth. 1282.
Alex. Leo. P. 1527.
Iac. Laingæus. P. 1594.
Io. Litſtaer. 1411
Io. Leslæus. 1307.
Io. Leslæus. E. 1596.
Georg. Archang. Leslæus. M.
Io. Leslæus.
Liberius. 440.
Liſmorenſis. M. 531.
Alan. Lumſdanus. 1395.
Henric. Lichtoun. E. 1460.
Laurent. Londoris. ab. 1411.
Io. Leochæus.
Da. Lindſay. H. 1540
Duncan. Liddelius. 1613.
Archib. Lindſay.
Iac. Lovvis.
Hieron Lindſay. M. 1452.
Iac. Loganus.

Lib. XII.

S. M Acarius. Ab. 1140.
S. Maccæus. P. 460
S. Macra. R. F. 300.
S. Machutes, Maglorius, Maclouius, Maſorius. M. E. 563.
S. Malcolmus. III. R. 1097.
S. Malcolmus IV. R. 1160.
S. Margareta. Regina. 1097.
S. Marianus. M. 1055.
S. Marianus. ab. 1163.
S. Manſuetus. E. ap. S. Petri diſcipulus. 62.
S. Manſuetus. E. 451
S. Machorius. E. 880.
S. Malrubus. Eremita. 1024.
S. Mathilda. Angliæ Regina. cognomento Bona. 1118
S. Machilla. E. 494.
S. Malchus. E. 1121.
S. Maglaſtianus. E. 818
S. Makkeſſagus. E. 520.
S. Makvvolokus E. 720
S. Magnus. E. ap. 1109.
S. Marnanus. conf. 962.
S. Malimbæus. Eremita. 1024

S. Mar-

S.Marnocus.E.Culdeus.322
S.Marnokdub. Eremita. prioris diſcipulus. quaſi Marnocus Niger. 364.
S.Marnocus.E.812.
S.Manerrus.E.829.
S.Mathanus.E.856.
S.Mathanus.E.887.xij. Nouemb. vt alter xxiijx.Septemb.
S.Marinus.E.martyr.
S.Mathulus.E.Culdeus.554.
S.Malcallinus.ab.978.
S.Maurinus.ab.martyr.
S.Maurus.R.440
S.Maxentia.R.F.792.
S.MaZota.virgo.716.
S.Maildulphus.ab. cognomento Pædagogus.690.
S.Marcellus.S.Notkeri Balbuli præceptor.912.
S.Maldod.xiv.Maij.
s.Mechtildis.R.F.1138.
s.Merilolanus.martyr.
s.Medanus.E.Culdeus.534.
s.Modeſta ab ſoror. s. Vvillibrardi. (740
s.Medanus.E.1000.
s.Medothus.E.Culdeus.318.
s.Melchiades. M. S.Bernardi ſocius.1120
s.Maura.virgo.898.
s.Merinatus.P.369.
s.Merinus.M.369.hic cum s. Rugalo venit.
s.Mellanius . cognomento Probus A. Rotomagen.260.
s.Menalochus.E.663.
s.Menna.virgo.350.
s.Methodius.ab.
s.Michael.ab. 1121.
s.Middanus.P.503.
s.Mimborinus.ab.935.
s.Minnanus.Archid.878.
s.Mirinus.ab.969.
s.Molocus.E.Culdeus.590
s.Monanus.Archid.874.
s.Modanus.E.Culdeus. 535.
s.Modocus.M.Culdeus.257.
s.Modocus.E.Culdeus.534.
s.Modeſtus.E.779.
s.Molonathus.E.628.
s.Mono ab.738.
s.Mombulus.ab.651
s.Moteferus.ab.606
s.Mottomagus.conf.
s.Moueanus.ab.Culdeus.444.
s.Mundus.ab.962.
s.Murdachus.ab.Eremita.ex Bardorum genere.
B.Maria.Regina Scotiæ.Franciæ dotaria. Angliæ hæres.1587
B.Madocus.P.716.
B.Magilmumen.M.cognomento Doctor Scotorum.891.
B.Mauritius ab.315.
Macchabæus.R.1604.
Malcolmus.II.R.1040.
Martinus Pænitentiarius. 1250
Martinus Ciſtertienſis.1067.
Marcerius.53.
Io.Mailroſius. Academiæ Ticinenſis fundator.792.
Franc.Mayronis.M.1320.

Maiolus

*Maiolus.ab.*1061.
*Macchabæus.M.*369.
*Io.Maior.*1500.
*Magnus Maculloch.*1482.
Iac.*Maculloch.*
Io.*Maculloch.*
*Martyrologium S.*Crucis.*Acta* Cænobij *illius.*1561.
*Pet.Maillart.IC.*1484
*Marcus.E.*912.
Io.Macchabæus. 1550.
Io.*Makbray.H.*1521.
*Gul.Manderſtoun.*1520.
Iac.*Martinus.*1554.
*Duncan.Macruderus.*1552.
Matthæus.E.1199.
*Gul Mailuaſin.*E.1200.
*Matthæus.ab.*1215.
*Mauritius.ab.*1274
*Mauritius.ab.*1459.
Maria. *Regina* Iacobi *V.vidua.* 1560.
*Gul.Makbrayer.M.*1547.
*Franc.de Marchia.M.*1320.
*Matthiſonus.*IC.
*Da.*Makynius.1597.
Rob.*Maxuel.*1561.
Merlinus cognomento Caledonius. *vates.*464.
*Gul.Metellanus.*1592.
Da.*Meldrom.*P.1481.
Iac. *Meluillus.*1590.
And.*Meluinus.H.*1620.
Paul.*Meſſenius.H.*1562.
Da.*Menzes.*1520.
*Mooch.M.*590.

Richar.*Middleton.M.*1300.
*Alex.*Millus.*P.*1502.
Micheas *ab.*1341.
Michael.E.1070
Michael.*cognomento* Magus,*ſeu Mathematicus.*1290.
Mogallus.R.158.
Alex. Montgomeri *Homerus* Scoti-*cus.*1591.
Rob.*Morus.*
*Tho.*Moreſinus.1601.
Io.Monnypenni.
*Muricherodachus.*M.1158.
Io.Mure.M.1585.
*Tho.*Murray.
*Patric.*Myrtoun.1560.
Alex.*Moriſon.*1594.
Arthur.Muirheade.
*Rob.*Murray.
*Gul.*Martinus.
Da.Monrous.
*Gul.*Mure *viri illuſtres,quorum ſtudia impēſius probarem,ſi prauam educationem deponerēt,catholicæ veritati adhæſuri.*

Lib. XIII.

S. N*aninus.conf.*21.*Sept.*
S.*Nerius.M.*369.
S.*Nethalenus* E.452.
S.*Nectanus.E.*1112.
S.*Nennius.ab.ap.*620.
S.*Nevvhal.ab.*1560
S.*Nicolaus.*E.*Culdeus.*296.
S.*Ninianus.E.ap.*432.

No-

S.Nouatus.P. B. Claudia Scota filius.99.
S.Nortila.E.idem,vt puto,cum Kortila.914
Io.Naperus.1619
Nicolaus.M.1460.
Georg.Nevvtonus.Archid. 1504.
Adam.Nevvton.
Nicaſius.M.950.
And.Nauius.1601.
Patric.Nisbetus.
Io.Nimmo.
Tho.Nicolſonus vtinam catholici.

Lib. XIV.

S. ODda.R.F.700
S.Odilia.Vrſulana.454
S.Odrannus.P.Martyr.S. Patricij Comes ex Scotia in Hiberniam. 519
S.Oganus.E.xxvij.Febr.
S.Ogrinus.E.
S.Onanus.Diacon.1010
S.Orbilla.virgo.II.Ianuar.
S.Oronius, cognomento Modeſtus, qui Orentius.E.445.
S Oſmanna.virgo.
S.Otha.virgo.526
S.Otgerus.E.ap.757.
B.Io.Ogilby.P.1615.
B.Oddo.Franciſcanam familiam in Scotiam intulit.1231
B.Oſualdus. Cartuſiam fundauit in Scotia.1429.
B.Osbertus.ab.I.Iedvvod.1174.
B.Osbertus.ab.1141.
B.Osbertus.E.Dumblan.1231.
B.Osbertus.ab.Kelſo.1189.
Odo.M.811.
Alan.Ogilby.1471
Odo.M.1284.
Gualt.Ogilby.1520.
Osbertus.ab.1390.
Richard.Oliphantus.M.1362
Rob.Oliphantus.
Otto.ab.1463.
Nicol.Otterburnus.P.1448.
Adam.Otterburn.1515
Tho.Otterburnus.1532.
Andr.Ogſtoun.H.

Lib. XV.

S. PAlladius.ap.C.432
S.Pandionæ.R.F.
Paſchaſius.ab.203
S.Paternus.M.1058.
S.Patricius.E.ap.491.
S.Patricius.E.520
S.Patto.E.810.
S.Philanus.E.703.
S.Peregrinus.R.F.Eremita in Apēnino.464.
S.Patricianus.E.Culdeus.524.
S.Petranus P.509.
S.Plechelmus.E.748.
S.Pirminius.ap.Boiarior.
S.Petrocus.Eremita.564.
S.Potentinus.ab.621.
S.Poſſennia.virgo.509.
S.Promptia.virgo.509.

S.*Pectvvinus.E.*794.
S.*Priſcus.*P.*Culdeus.*290.
S.*Priſcus.E.*531.
*S.*Praxedes.B.*Claudiæ Scota.F.*91.
*S.Pudentiana.ſoror.*91
B.Io.*Patricius.M.*1559.*obijt in* Bel*gio.*
*B.Patricius. M.domi Martyr. Deidoni.*1560.
P*aslatenſis.*M.1452.
Io.*Paparo.C.*1151.
*Patric.*Panetarius. 1520.
*Pectelinus.E.*731.
Io.*Petræus.*
Da.*Perſonus.*
Pelagius. H.*falſo Scotus creditus.* 404.
*Philippus.ab.*1497.
*Phillippus.ab.*1370.
*Rob.*Philippus.*P.*
Rob.*Pont.*
Gilb.*Primroſe.*H.
Henr.*Philippus.*
*Alex.*Peirſoun.
Da.*Primroſe.Vercor ne horum præclara ingenia* Hæreſis *ſit corruptura.*

Appendix.
ad Lib. XV.

S. Q*Veranus.E.*Culdeus.304
*S.Queranus.ab.*876.
S.Quintigernus.idem,vt puto cum Kentigerno.
S.*Quintigerna vidua.*560.
B.*Quadanocus.*M. 693
Quintinus. 1320.

Lib. XVI.

S. R*Abanus. cognomento Maurus.ab. A. Academiæ Pariſienſis fundator.*850.
*S.*Radulfus.*ab.*1150
S.*Rapertus.*M.833.
*S.Regulus.P.*369
S.Richarda.virgo. Imperatoris *vxor.R.*F.887.
*S.Richardus.cognomento Sacriſta. M.*1287
*S.Ribianus.*E.11x.*Iul.*
S.*Richarius.Ab.*640.
S.Robertus *prior.*1140.
S. Rolendis Scotorum.R *F.ſponſa.*
s.Romanus.*M.ap.*651.
s.Ronnanus.E.603.
s.Rortila.*E.*829.
s.Rudbertus.E.*A.ap.*623.
s.Rumoldus.A.*ap.*777.
s.*Ruthius.*E.606
B.*Tho.*Robertſonus.P.1564.
*B.*Reginaldus.*C.cognomẽto Macer.* E.1196.
B.Richardus.*E.*1175.
*B.*Richardus.M.S.*Victoris* P*ariſiis* 1149.
Radullfus.*ab.*1121.
*Radulfus.E.*1137.
*Radulfus.E.*1150.
Radulfus.E.*ab.*1201
Reginaldus.C.1241.
*Gul.Radynges.M.*1312
*Rutgerus.ab.*1417.

Roricus.ab.1447.
Rollandus.E.1186.
Rollandus.M.1481.
Hugo de Rokesburg. 1196.
Rogerus.E.1196.
Richardus.E.188.
Richardus.E. Dunkeld. 1175. alter S. Andreæ.
Reginaldus.E.1197.
Io.Rough aut Ruthius ex Hibernia in Scotiam ſubrepſit.H.1557
Reutha.R. ante aduentum in carnē Redemptoris ann.175.
Roſinus Floridus.E.441.
Alex Ramſay.1572.
Petr.Ramſay.E.1254.
Gul.Ramſay.1550.
Io.Raius.
Io.Rhetorfortis ſeu Rutherfurd. 1552.
Hercul.Rollocus.1584.
Rob.Rollocus.H.1590.
Roffredus.ab.1187.
Robertus.E.1128
Robertus.ab.1273.
Robertus.ab.1198.
Reimundus.E.1151.
Rudolphus.E.1215.
Eduard.Robinſon.M.1417.
Romualdus.1587.
Roſcelinus.E.1111.
Tho.Rubetius.M.1151.
Tho.Reidus.
Adam.Regius.
P.Roſſetus.1514.
Andr.Robertſonus. 1595.
Iac.Robertſonus.
Da.Reidus.
Tho.Roſa.1601.
Gul.Regius.
Iac.Reidus.

Lib. XVII.

S. SAdoc.conf.640.
S.Sabina.614.
S.Saluſtius.P.664.
S.Sanctinus.ab.1121.
s.Santanna.virgo.
s.Sampſon.E.A.680
s.Saranus.Doctor.664.
s.Scandalaus.P.606
s.Sedulius. E.440.
s.Senilis.P.500.
s.Segenius.ab.634.
s.Serfus.E.ap.Culdeus.293.
s.Sernanus.E.ap.440.
s.Segianus.P. 664.
s.Sidonius.ab.
s.Silanus. E. cognomento Peregrinus.
s.Silueſter.P.ap. 432.
s.Similianus. E.566
s.Simphronius.conf.663.
s.Siluanus.Archid.664.
s Sigebertus.ab.A.1057.
s.Simon.ab. 1.Saltrei. 1140.
s.Serlo.M.Martyr.1222.
s.Simeon.E.ap.790.
s.Soghanus.P.E.
s.Sophanus.E.
s.Solonius.P.ap.432

s.Stolbrandus.martyr.874.
s.Stellanus.P.664.
s.Suibertus.E.787.
s.Summiua.virgo.martyr.
s.Sylueneus.M.369.
s.Syra.R.F.virgo.632.
B.Io.Scot.Teuidalius.idem qui ieiunator.1529.
B.Sedulius.Iunior.E.714
B.Salomon Decan.1164
B.Gul.de Samnuco. M. Carmelitas in Scotiam primus intulit.1244.
Io.A ſacrobosco.P.1236
Samſon.P.750.
Salyſilax.Bardus. Ante natum Saluatorem ann.150.
Tho.Sandalius.M.ab.1267.
Sconanus. Anonymus.M.1500.
Io.Scharpius.1612.
Patric.Scharpius.
Semple. aut Simplicius Scoticus Flaccus.1594
Alex.Scot.1614.
Da.Scot.1573.
secundus Philoſophus Athenis Hadriano Auguſto notus & charus. 120.
Henr.schrimgerus.1524.
Io.Serlo.ab.1160.
Io.setonus.1310.
Gul.setonus.1495.
Alex.setonus.H.1542.
Alex.setonus.Cancellarius.
Iac.setonus.P.1620.
Gul.setonus.IC.
Henr.sinclarus.E.1465.
Henr.sinclarus.Decan.1554
Io.sinclarus.Decan.1466.
Da.sinclarus.
scotellus.IC.1504.
Io.scharpius.
Rob.slippingen.M.1410
Rob.stuartus.M.1552.
Georg.sibbaldus.
Henr.spitalius.1520.
Andr.straton.1534.
Rob.Stralochus.1569
simon simſon.1584.
Patric.simſon.1611
Tho.smeton.H.1578.
siluius Bonus.410
siluius Bonus.1270.
simon.ab.1271
stanto cognomento Mathematicus. 1412
Tho.suttonus.M.1290. An forte setonus?
Radulf.strodus.M.1370
Iac.strachanus.1560.
Iac.strachanus.1446
Io.stevves.P.1411.
Georg.sophocardius.H.1547
Io.stevvart.1581.inter Lycæi Montani Pariſiis fundatores colitur.
Io.skinæus.1610.
Georg.strachanus.
stigandus.A.1066.
Tho.sigetus.
sidonius.Alchymiſta.1616.
Io.sunagham.E.1392.
Gul.strythe r.
Patric.sandæus.

Iac.Sandilandius.
Tho.Synſerſius.
Andr.Stephanides.
Rob.Stephanus.
Georg.Synſerſius.
Rob.Smythus.
Iac.Scotus.
Andr.Simonides.
Io.Stevvart.
Georg.Stirkeus.
Andr.Syluius.vulgo Vvoode.
Iac.Strangius.
Gul.Semple.ix. Annorum puer. viri clari & memoria digni, ſi Hæreti*ca inſtitutione damnata, ad Eccleſiam confugiant.*

Lib. XIIX.

S. TAnco.*ab.E.*820
S.*Tarnanus.ap.*A.800.
s.*Tarkinus.E.*889.
s.*Taraghta.virgo.*
s.*Teſanus.P.*509
s.*Theodorus.A.*668.
s.*Terguſus.E.*505.
s.*Teruanus.A.ap.*440
s.*Totnanus ap.*697.
s.*Tolmannus.ap.* 6?9.
s.*Tigernacus.ab.*651.
s.*Tigernacus.*E. 823.
s *Tigernacus.*M. S. M*ariani* Scoti *præceptor.*1043.
s.*Treſſanus.P.*509.
s.*Treſſanus.M.*651.
s.*Trumninus.*E.680
s.*Totaneus.ab.*606.
s.*Timotheus.P.B.Claudiæ* Scotæ.*F.* 91.
s.*Thenna vidua.*445
s.*Trudbertus.ap.*690.
s.*Triduana.virgo.*532.
s.*Thevvnanus.ab.*684.
s.*Thomianus.*E.664
s.*Thebaculus.M.* 369.
s.*Tyna.*M.1164.
s.*Theliaus.E.*563.
s.*Tuda.E.ap.*664
s.*Turgotus.ab.E.*1115.
s.*Turgotus.M.*954.
s.*Trumherus.E.*664.
s.*Thurianus.*P.
*B.*Tothadus.*E.*1070
*B.Theleſinus.P.*540. *Merlini vatis præceptor.*
B.*Vvalter.Treill.*E.*Clementis VI. P.P.Referendar.*1401.
Tabula Carthuſia.1561.
*Thadæus.ab.*1467.
Thereus.R. ante natum Chriſtum *ann.*138.
*Theophantus.M.*1398.
*Teclanus.ab.*1217.
*Timotheus.ab.*1399
*Thomas.ab.*1437.
*Thomas.ab.*1483
*Thomas.ab.*1273
Alan.de T*ifedaill.M.*1421.
T*heodoricus.*M.1320.
*Simon Taillerus.M.*1240.
*Simon de Thondy.ab.E.*1171
*Alan.*T*uronenſis.M.*1350.

Gal.

Gul.*Turnbul*.E.1414.
Adrian.Turnebus scoto auo natus. 1564.
Tyrol.R.1174. (1559
*Io.*Themiſtor.*idem qui Dempſterus.*
*Iac.*Tyrius.P.1590.
*Rob.*Turnerus.1591.
Terricus.*M*.811.
*Georg.*Thomſonus.P.1595.
Georg.*Thomſonus* H.1599
*Richard.*Thomſonus. 1590.

Lib. XIX.

S. V Vaſnulfus. M. E. ap. 651.
s. *Vaſenus.ab.* 1135
s. *Vvalpurga.abbatiſſa.*750.
s. *Vvalthenus.ab.E. A. R. F. vere Thaumaturgus.* 1140.
s. *Vvendelinus.R.F.ab.* 730.
s. *Veranus.*P.509
s. *Verena.Vrſulana.*454.
S. *Vvettelmus.*E.734.
s. *Vigianus.M.*1000
s. *Vinnianus.E.*595.
s. *Vilhelmus.R.*1214
s. *Virgnous.*Eremita.606.
s. *Vvilhelmus.* E.1097.
s. *Vvinfridus.ab.R.F.*560'
s. *Vvinfridus.idē qui s. Bonifacius. ap.*755.
s. *Vvinfridus.*E.*viſitator* Canonici *ordinis.*948.
s. *Vvinfridus.*E.673.
s. *Vvinnianus.E.*725
s. *Vvillibaldus.*E.*ap.*747.
s. *Vvinnibaldus.ab.*740.
s. *Vvigbrordus.ap.*Boiorum.755.
s. *Vvillibrandis.Vrſulana.* 454.
s. *Vvininus.*Culdeus.
s. *Virgilius.ab.*901
s. *Vvilfridus.*A.*Eboracenſ.inſtitutus in Scotia.*732.
s. *Vltanus.ab.*664.
s. *Viro.*E.757.
s. *Vvillibrordus.*E.*ap.*739
s. *Vinocus.ab.*698.
s. *Vrſula.virgo.*454.
s. *Vvulganius.*P.572.
B. *Vvalter.Vvardlau.*E.C.*non Anticardinalis.*1370
B. *Vdardus.M.*1214.
B. *Vvalterus.prior.*1164.
B. *Vvilhelmus.E.*1259
B. *Vvilhelmus.ab.Mailros.*1170.
B. *Rol.Venantius.*A.1551.
B. *Vvillielmus.M.* a s. Bernardo *ſanatus.*1120.
Vvaldramus. M.649.
*Tho.Varoye.*1390.
*Veremundus.*P.1090.
*Nivianus Vvinzet.ab.*1560.
*Vvilhelmus.*E.C.1140.
*Vvilhelmus.*E.1159.*Morauia.*
*Vvilhelmus.*E.1269.Glaſcuenſ.
*Vvilhelmus.*E.1264. Brechinenſ.
*Vvilhelmus.ab.*1170.
*Vvilhelmus.ab.*1227.
*Vvilhelmus.*Prior.1160.
Io.*Vvourem.*P.1546.
Tho.Vvinterhope.P 1552.
*Vvaldenus.M.*1394.
Io.*Vvadlokus.*M.1541.

*Io.Varius.M.*1490.
*Richard.Vvigtoun.M.*1465.
Da.*Vvaterſon*.M. 1524.
Henric.*Vvardlau*.E.1441.
V*valterus.ab*. 1182.
V*valterius*.1200
Florent.V*oluſenus.P*.1536.
V*villielmus*.M. *Aurelianenſis ſcholæ fundator*.811.
Georg.V*viſchart.H.idem qui Sophocardius*.1540.
Io.V*villoxius*. H.1559
Simon Vitus.M.1310. *Templariorum vltimus*.
Io.V*velche.H*.1600.
Tho.V*viſhart*.1417.
Gul.V*valcart*.1574.
Gul.V*valvvord*.IC. 1602.
Georg.V*auchopius*.1595.
Da.V*vadderburn*.
Michael Vvallaſſius.1604.
Da.Vvdvvard.
Alex.*Vvedderburn*.
Gul.Vvallas.
Rob.Vvilky fama tantum & paucu lis ſcriptis cogniti mihi, quos, ſi catholicos, amo, &, vt populares, colo, ſin Hæretici *ſint, ſaniorem mentem opto*.
Thomas Dēpſterus.opuſculi author.

PERORATIO.

Hæc, *& omnia ſua, S. R. E. lubens ſubmittit, & quod illi diſpliceret, dictum nollet*.

NOTARVM RATIO.

S.Sanctum, P.P. Pontificem, B. Beatum, A. Archiepiſcopum, E, *Epiſcopum, R, Regem, aut Reginam, F. R. regis filium, aut filiam. Ab. Abbatem, P.*Presbyterum, *C.Cardinalem, M. Monachum, H. Hæreticum ſignificat, A.F. Abbatiæ fundatorem, aut Academiæ inſtitutorem. Martyres non notaui, quia omnes gentium Apoſtoli pœne ſunt Martyres, & acta oſtendunt, & ſuperuacaneum duxi paginas inutili repetitione implere*.

Thomæ Dempſteri IC. Scoti Opera.

Varijs locis, multiplici occaſione, ab anno XV. ętatis, & XVII. quo Doctor creatus, & publicus Lutetiæ profeſſor in Nauarręo vſq; ad XLII. qui nunc decurritur, publici iuris facta aut adhuc in ſchedis manu exarata.

C*Armina* omnis generis, in his Satyræ in Elizabetham Anglam, ſanctorum occiſorem, & de omnibus totius mundi Principibus Acroſtica. Duaci affixa & partim edita.

Orationes, & *Præfationes* ſolemnes alieno, & proprio nomine habitæ, vt Duaci, Tornaci, Lutetiæ, Tholoſæ, Piſis, Bononiæ. editæ ijs locis.

Silua Poematum variorum, vbi Protreptica, parathymica, Lyrica, Comica, Ludicra, ſtrenæ, expoſtulatoria. Lib. VII.

Panegyrici. in his Clementi IIX. & Paulo V. Romæ.

Epithalamia. in his Electoris Brandeburgi, Comitis Perthani, Vicecomitis Hadintoniæ. Francofurti. & alibi locorum.

Leſſi & Epicedia in his Henrici. IV. Galliarum Regis coniugis Illuſtriſs. Timoleontis Deſpinay Sanlucij pro regis Bruopolis, comitis Anguſiæ. Lutetiæ.

Epigrammata. Doctorum operibus præfixa. Lib. II.

Declamationes Scholaſticæ adinſtar Senecæ natalis S. Catharinæ Lexouæo dictæ & publicatæ. Lib I. Lutetiæ.

Genethliaca. in his Ludouici XIII. Galliarum Regis. Lib. I. Flexiæ.

Tragediæ. Maximilianus, Stilico, Xuiratus abrogatus, Iacobus. I. Scotiæ Rex. Lib. I. Lutetiæ.

Epiſtola. ad Summos Pontifices, Reges, Cardinales, Duces, Principes, viros, eruditos omnium gentium cum reſpōſorijs eorū. Lib. IV. M.S.

Triumphi ſacrorum. de S. Thoma Aquinate, Catharina mart. Triduana, Richarda Auguſta, & alijs. Lib. III. Pariſijs.

Iudicium de omnibus omnium gentium, temporum, & pœnæ linguarum Hiſtoricis. Lib. IX. Pariſij.

Coſmographia. frequenti Lutetiæ auditorio dictata. Lib. I. audio Lugduni poſtea editam.

Politi-

Politicæ Parecbaſes. in gratiam Alexandri Raziuillij principis Poloni emiſſæ. Lib. I. Lutetiæ.

In Claudianum Notæ. Lib. I. Flexiæ.

In Statium, Notæ. Lib. I. Flexiæ.

In Claudianum Commentarius. Lib. XI. Lugduni. alibi.

In Aeliani varia Notæ. Lib XIV. apud Reze Lutetiæ.

In Corippum Notæ. Lib. IV. Lutetiæ.

Mythologia. ex numiſmatis & Inſcriptionibus. Lib. I.

Antiquitatum Romanarum. Lib. X. in quibus nonnulla ſunt retractanda, & maxime vbi de iureiurando militari lib. X. cap. III. egēt caſtigatione, quæ iam parata eſt.

De triplici iuramento. Lib. I. Illuſtriſſimo Cardinali Mellino nuncupatum propediem edetur.

Ad Benedictum Accoltum de bello ſacro. Commentarius & Notæ vberiores. Lib. IV. opus ſuſceptum in gratiam Leonardi, & Petri Accoltorum patriciorum Aretinorum & Florentinorum fratrum, qui Magno Duci à ſcrinijs, & iuris Ciuilis profeſſione inclyti. prodit Florentiæ.

Hetruria Regalis. Lib. VII. ſuggeſſit Camillus Guidius Eques Volaterranus, flos huius ſæculi hominum, alter parens meus, imperauit Coſmus II Magnus Hetruriæ Dux, & magno pretio inuitauit, opus inter arcana illius principis aſſeruatur.

Hiſtoria naturalis quadrupedum. Lib. I. ſupplementum Vlyſſis Aldrouandi. Senatus Bononienſis impoſuit, prodijt Bononiæ.

ὄβελος καὶ κέραυνος in gloſſas Viuiani, Accurſij, & aliorum Principi Virginio Cæſarino à me dicatum, Comiti Octauio Ruino à bibliopola. lib. I. Bononiæ.

Obſeruationes in gloſſas per totum corpus Ciuile, in Codicem & Pandectas, Feuda, & Nouellas. adhuc MSS. Lib. LXXVII.

Mendicabula repreſſa. Lib. I. Lugduni.

Apparatus ad Hiſtoriam Scoticam. Lib. II. Bononiæ. Illuſtriſſimis Cardinali Antonio Caietano Legato, & Angelo Cæſio prolegato inſcripti.

Menologium Scotorum. potius apices Menologij. Lib. I. Bononiæ. Illuſtriſſimo Cardinali Mapphæo Barberino nuncupatum.

Nomenclatura Scotorum Scriptorum de viris claris ab initio regni, quater

ter edita. Lib.I.

Hiſtoria Scotica. Lib.XIX.MSS.

Epiſcopatuum, Monaſteriorumque Scotiæ omnium fundatio & ſucceſſio. Lib.IX.MSS.

Scoti bello illuſtres CCCCXCV: Lib.I.MSS.

Scotorum Regum affinitas. Lib.III.MSS.

Chronicon Pictorum. Lib.I. MSS. de origine & fine illius regni, regibus enumeratis, & præclara tantæ gentis domi, foriſque acta Virginio Cæſarino Principi Romano inſcriptum.

In Hiſtoriam Hibernicam B.Edmundi Campiani Societatis Ieſu Martyris Notæ. Lib.I.MSS.

Anatomia partium humani corporis Antiquaria & Hiſtorica. L.I.Flexię.

Commodianus contra Gentes cum Notis. lib.II. iamdudum Typographo datus, vt ederetur, autorem eum antiquiſſimum, ſed nunquam editum, R.P.Iacobus Sirmondus Soc.Ieſ. Doctiſſimus, & de literis optime meritus, mihi conceſſit.

C E N S V R A

Catalogi Sanctorum Hiberniæ, qui cum libello famoſo prodiſt.

SAncti sũt CCCCLXIV*. enumerati, ſed liceat mihi ſincere, & ſine offenſione agere. Ex his* CXLIII*. Scoti ſunt, vt liquido patet ex Apparatu capp. X. XI. XII. & multo pleniores probationes in Actis à me bona fide collectis, ꝓpediẽ emittẽdis, imo Regũ noſtrorũ liberi ad quos nullus de Hibernia ſermo peruenit, oĩum autorũ gentiumq́; cõſenſu, vt* Echarius, Eliſius, Fiacrius, Fridolinus, Guthagonus, Maxẽtia, Odda, Richarda, Syra, Vvendelinus, Vrſula, *& alij, quos nulli mortalium, niſi Hirlãdi, Scotia auferre vellent. Nonnulli etiam Galli, Angli,* Belgę, *ſed nihil ad me. quidam Hæreticorum adhuc viuentium autoritate ſola, nec vlla alia ratione Hirlandiæ aſſerti, vt* Goldaſti *Germani, cuius ſcripta ab Eccleſia proſcripta, &* Cambdeni *Angli, quem P. Perſonius* Hæreticum *facit part.* II.*Conuerſ. Anglic. cap.*I.§. 11x. *à quo Elizabetha regina, quæ tot sãctos occidit, hæreſin edoctã, quod mirandum in catholico ſacerdote & ex eo ordine, qui tantopere hæreticos impugnat, vnicus catholicæ fidei aſſertor.*

CXVI. Sanctorum virorum famuli tantum, diſcipuli, aut comites fuerunt non etiam Sanctis adſcripti, aut ſi ſunt, certe Lombardus, Vitus, Staniburſtus, Cauellus, homines adhuc viuentes & Hiberni, (multis Scotorũ millibus vitæ dignitate, & eruditionis merito longe inferiores) autoritate tanta non ſunt, vt apud Probum, Iocelinum, alioſque veteres ſimpliciter nominátos, ſtatim Sanctos dicamus, alijs opus eſt argumentis, vt inter Sanctos collocatos probes: an quia in ſacro Euangelij textu nominãtur cum Saluatore Anna, Caiphas, Pilatus, *e veſtigio Hirlandis ſancti erunt? apage acumen.*

Deinde quod viro religioſo probroſum, nec legibus Canonicis excuſabile, XVI. nuperrime defunctos, Hibernis ſanctis adſcribis, S.R.E. *ſola ſanctos admittit, & de eorum meritis, cauſa legitimo ordine cognita fidelibus præſcribit, nihil fuiſſet opus precibus Cæſaris, regiſq; Chriſtianiſſimi, & Catholici, aliorumque principum literis, vt* S.D.N. *Gregor. XV. in* SS. *album inſcriberet Ignatium & Franciſcum Xauerium, ſi priuatorum iudicium, aut Catalogus à priuato editus, ſuffeciſſet: pie credi poſſunt Beati, coli dicique ſancti, ante Eccleſiæ definitionem non poſſunt. vt omittam nec probabiles quorũdam mortis cauſas eſſe, quale eſt illud,* Creueus medicato caſeo Lõdini necatus. *Medicatus caſeus quo probatur argumento? aut* S. Creuei *quæ ſanctitatis ſigna aut miracula ſecuta ſunt? quæ anteceſſerunt? periculoſus eſt ſane famelico Hirlãdo cibus, ſi ad ſaturitatem edatur, caſeus Londinenſis, nec* Londini *veneno graſſari adeo eſt familiare, & cauſa Veneficij, verius venenarij, ibidem pœne incognita, nec niſi vnico exemplo, ſed eo valde illuſtri, noſtra memoria, audita. Demum ponamus eius tranſitum miraculis a Domino glorificatum, non tamen ſanctus eſſet, niſi ſolemnibus ab Eccleſia peractis.*

XII. In varijs elementis Sancti, eo in catalogo, ſunt duplicati. Deme ergo, quos demere oportet, & quos bona fide demẽdos docui, ſãctos CClxxxiix. ſupererunt Hirlandis ex tanto cælitum populo, tantaq; cum mutua charitatis & pietatis iactura, contentione, ſancti non plures quam Clxiix. Hiberni. Hæc ego amice admonebam, nullo felle, nulla vindictæ cupiditate, ſed tantum ſimplicis veri, patriæque meæ, amore, quam poſt Deum, vnice in terris colo, atque etiam bonis artibus foueo, attollo, nulli genti, Deum teſtor, iniurius, aut conuitium facturus.

Neque vero Hirlandi ſanctos veſtros non diligo, & nec martyres non amo: ſed hos bonis autoribus aſſerite, & popularium veſtrorum contenti meri-

tis Scotorum gloriam vaferrimo plagio ne intercipite, illos vero actis non ridiculis commendate, & idoneos autores quærite, & valete.

Laus Deo, & Beatiſſimæ Virgini, & cultus Sanctis Dei omnibus Scotis iuxta ac Hibernis.

CORRIGENDA.

ἁμαρτήματα hæc operarum non ferenda reſinge. In Epiſtola Menologij *in fine* tuere tueri. *In Indice* Laclami. Lachlani *In Nomẽclatura* S. Aael. Abel. S. Anatolinus. Anatolius. *S.* Fincana Eremita. Eremitis.

Addenda pag. XXXVI.

S. Mimborinus. *Ab. I. Cænobij Scotorum S. Martini Coloniæ ſub Ebergero Archiepiſcopo fundatore.*

BR
1603
.D4
1622
c.1

B.b Fiet

85
13 2003
13386
636
E55